

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Assertionvm Theologicarvm Sfortiae Pallavicini Sacræ  
Theologiæ Professoris in Collegio Romano Societatis Iesv.  
Libri Qvinque**

De Sacramentis

**Pallavicino, Sforza**

**Romæ, 1650**


**urn:nbn:de:hbz:466:1-38948**



Th. 443.

D 1

32.





ASSERTIONVM

THEOLOGICARVM

SFORTIAE PALLAVICINI

*Sacrae Theologiae Professoris  
in Collegio Romano  
Societatis IESV.*

LIBER SEXTVS

DE SACRAMENTIS.



Collegii Socii Sacri Padern.

R O M Æ,

Typis Hæredum Corbelletti.

M. DC. L.

---

Superiorum Permissu.

1. Februar 1850

*Imprimatur, Si videbitur Re-  
uerendiss. P. Mag. Sacri Pa-  
latij Apostolici.*

*A. Riualdus Vicesg.*

*Imprimatur*  
Fr. Raymundus Capisuccus  
Socius Reuerendiss. P. Mag.  
Sac. Pal. Apost.

22 FRAN-

FRANCISCVS

PICCOLOMINEVS

*Societatis Iesu Præpositus  
Generalis.*

**C**Vm Librum sextum af-  
fertionum Theologica-  
rum P. Sfortiæ Pallauicini no-  
stræ Societatis Sacerdotis ali-  
quot eiusdē Societatis Theo-  
logi recognouerint, & in lu-  
cem edi posse probauerint, fa-  
cultatē facimus ut typis man-  
detur si jis, ad quos spectat, vi-  
debitur, cuius rei gratia has  
litteras manu nostra subscri-  
ptas, sigilloq. nostro munitas  
damus. Romæ 17. Junij 1650.

*Franciscus Piccolomineus.*

Vi.

S  
Viro Doctissimo.

F. BONAVENTVRAE  
CLAVERO.  
EPISCOPO  
POTENTINO.

*Sfortia Pallauicinus.*

*F.*

**T**RIPLEX fermè  
scriptoribus est di-  
candorum librorum  
causa. Nimirum,  
quò eos offerant, vel  
tamquam amicitiæ dona, vel  
tamquam patrocinij obtesta-  
tiones, vel tamquam obseruan-  
tiæ tributum. Hæc verò tria  
simul conspirant ut ipse hoc

a 3 opus-

opusculum inscribam tibi, Præ-  
subornatissime,

Mibi sanè, quamquā præcla-  
ris amicitijs suprà meritū florēti,  
rāros accēsere licet à quibus aequè  
ac à te amari aut optauerim aut  
impetrauerim. Rariores, quorum  
doctrinæ tam fidenter libellos  
meos in tutelam commendem.  
Tum rariissimost tanto Christianæ  
virtutis fulgore mihi spectatos:  
quæ tandem virtus id unū est quod  
sibi obseruantiam iure vindicat,  
merito conciliat, non præstigijs  
cauponatur, aut vi extorques.

Et de primo quidem; tum  
uniuersè hanc Religiosam Soda-  
litatē, quam ego ut parentē ado-  
ptaui, ijs Tu benevolentiae signi-  
ficationibus complexus es, quæ  
filium magis indicant quam  
fautorem: tum nominatim in me  
ger-

germanitatem verius quam ne-  
cessitudinem prætulisti.

Iam de altero quidnam at-  
tinet dicere, quando vocem ef-  
ferunt mea ut clariorem sic gra-  
uiorem, amplissima Gymnasia  
buius Vrbis, que nō magis Vrbium  
quā litterarum Regina est: Que-  
rūtur illa, te ē sacræ facultatis ex-  
bedra in sacræ potestatis Cathe-  
drā prouecto, tanti iacturā Theo-  
logi, quantū coquare summa fe-  
rè videbatur votorum, que ma-  
gnanima essent, non audacia.

De tertio autem id satis, quod  
te nihil ambientem, & à magi-  
stratibus capessendis vita simul  
& animo semper alienissimum,  
in clytus Franciscanorum Ordo  
ad summam sui præfecturam  
commuui ut præfigio sic voto  
destinabat. Quid enim: nil tale

a 4 de se-

desideratibus nūquā obirudūtur  
munera dignissimos desiderantia,  
nisi dignissimis.

Doni quidem aptissima re-  
muneratio hæc tandem una est,  
ut acceptum sit. Hoc nimirum,  
pretio dona quoq. liberaliter ve-  
nalia commutantur: Eoque non  
repenso, iniuste dona, quasi em-  
ptum simul, & pretium, retinen-  
tur. Sed verendum mibi non est  
ne forte hac remuneratione frau-  
der a te; utpote cuius estimato-  
ris omnia mea Theologica scri-  
pta non iudicium senserunt, sed  
indulgentiam. Enim uero tam  
liberalem te mibi plausorem  
semper habui, ut hunc locum  
ieiuniūs præterire cogar, ne ia-  
Etantiūs exequi videar.

Tum vero clientela conuentio  
quædam est utrinq. onerosa, ve-  
luti

luti Beneficiarium inter, & Princ  
cipem: ut, quæ hinc obsequium,  
hinc præsidium depaciscitur. Sed  
hoc à te opusculis meis præsidium  
suppeditari, nihil tibi operosius  
est quā ut approbes. Dicam nec  
temerè nec blandè. Dum istum  
contemplor Insulorum Antisti-  
tum Ordinem, cuius est in Oecu-  
menicis Concilijs diuina eloquia  
interpretari, quique hæres ex-  
stat magnorum Ecclesiæ Princi-  
pum, & Christi præconum à qui-  
bus Theologia nostra non culta  
sed parta est: neminem in tam  
augusto Patritiatu mibi osten-  
tat Italiate præstantiorem, aut  
re, aut fama, Theologum.

Tributum denique ut acco-  
modatum sit, eam cui penditur  
excellentiam, non tantum cole-  
re debet, sed indicare. Cumque

a s due

duo præcipue snt in orbe terrarum quæ diuinam excellentiam imitantur; Sapientia, & Potestas, huic arcas vectigales esse oportet, hoc est Potestatis armamentarium: illi chartas, hoc est Sapientiæ patrimonium.

Accedit ad has causas, quod hæc Opella adnascitur alijs quinque Thesum mearum libellis iam euulgatis. Quorum ega frontem inclyto Eminentissimi Ioannis de Lugo Praeceptoris mei nomine tamquam galea simul, & corona muniui atque honestau. Noui autem, eo Te loco esse tum in amore tum in estimatione amplissimi Cardinalis, ut neminem ipsi adiungere queam huius prædioli accepti rem condominum.

Super dicandi causis abunde  
viii. 2. 8. pre.

præfatus, aliqua iam de opere  
ipso subtexam. Et primùm de  
modo scribendi: summula, ut vi-  
des, hæc est non volumen. Scili-  
cet, quæ hoc anno è Theologico  
suggestu uberioris tradidideram,  
exinde in hanc epitomen arctius  
compressi; pro instituto, quod à  
me recens initum, libens retineo,  
ut non ingratum experius, tūm  
alijs permulis, tūm uni, qui mi-  
hi pro innumeris est, Tibi. Ut in  
cibis, sic in libris, minimum so-  
let esse quod nutrit, plurimum  
quod excernitur. Quò sit ut in-  
dustria necllei, nec superuacua  
ex alteris succus, ex alteris bres-  
uiariū exprimatur. Quemad-  
modum verò succus ille præci-  
pius ad Stomachos tantum facit  
vel insigniter inertes, minimum  
que alimonie sed proin valentis.

a 6. simæ

simè desiderantes, vel insigniter  
actuosos, adeoq. replendos esca,  
de qua nil regerant, totam elab-  
orent: non aliter hęc medita-  
tionum compendia idonea sunt  
aut imbecillitati discipulorū, qui  
vel modico hinc in dies deportato  
satis proficiant, aut magistro-  
rum neruis quorum usui expedi-  
ret, totidem in chartis sententias  
legi, quot syllabas.

De materia verò huius libelli:  
scis porrò, Sacra menta, quan-  
tum re usurpata diuinae gratiæ  
ubertatem habent, tantundem  
Studio tractata humanae gratiæ  
inopiam sustinere; quæsi in  
Theologiæ solo contractum quid  
aridumque sortita. Quicumque  
tamen hęc nostra legere non gra-  
uabitur, timeo ne non tam mœ-  
nium angustiam quam supra

60112-

compendiarie tractationis leges  
amplificatum quasi materie po-  
marium reprehendat: nec tam  
segetis sterilitatem aspernetur,  
quam luxuriem castiger. Sed, ut  
episodia in epicis ita euagamen-  
ta in didascalicis, probabilia sunt  
si adnata non agglutinata. Quin  
potiori iure in his, quam in illis;  
quippe utrobiq. ad voluptatem  
sed hic etiam ad scientiam; ut  
quæ de peculiaribus vacillans, ac  
superficaria est, nisi altius in ge-  
nera tamquam infundamenta  
descendat: Multa hic reperies  
questiōnum argumenta initio  
dialectica adeòq. aspera: sed hæc  
eadem ( quod in radicibus usu  
venire Tullius notat ) fertilita-  
tis plena: deinceps moralia, sed  
quæ itidem subtilia, & proinde  
simul ad agendum idonea, ad

scien-

sciendum illustria: demum  
physica, & amoeniora; sed me-  
taphysicis rationibus, ceu rosas  
spinosas sepiibus, communita. Præ-  
ceteris verò, tamquam operis  
clausulam apponere libuit con-  
troversiam inter naturales non  
magis vetustate quam grauita-  
te principem; eandemque cum  
disputationibus de Sacramento-  
rū principe Eucharistia maximè  
cognatam; atque etate bac in  
profanis sacrificiisque lyceis tota Eu-  
ropa validè renascentem. Hoc  
est, utrum quæ apparent sensi-  
bus conuersiones rerum, ex unius  
loci variatione contingant, com-  
mutatis modò illis tribus quæ ad  
locum spectant, figura, situ, or-  
dine: an verius ortu, interituque,  
formarū, quæ corpora ipsa perfi-  
cienium, quæ iam perfectis acci-  
den.

dentium. Hanc ego controver-  
siam, uti dixi peruetustam, ra-  
tionibus haud omnino vetustis  
profligare contendi: Quod si ob-  
tigisset, non leuiter me de Chri-  
stiana Religione simul ac de ger-  
mana Philosophia promeritum  
arbitrarer. Sin (quod pro mea  
imbecillitate verosimilius vi-  
detur) in magnis pusillus depre-  
bendar, studium pro successu  
gratiam inueniet apud aequos  
operum aestimatores, ut pote in-  
telligentes, nil mortales præ-  
stantissimum ac proin difficil-  
limū effecturos si laboriosa gran-  
dium captorum tentamenta  
quoties irrita, roties illaudata.  
Certè haud incassum mihi vide-  
bor allaborasse, dum obscuro  
quantumvis opificio simulacrum  
quæsilecunque prefixero claritu-

d:nis

'diniſtuē. Quis enim ut alram  
terrigenamque comtennat nube-  
culam, quæ ſolis effigiem præfe-  
ferat &

IN-

# INDEX

## CAPITVM.

## LIBRI SEXTI

*De Sacramentis.*

### CAPVT. I,

**Q**uartetur definitio Sacramēti. Vbi de facultate cōcessiō omnibus disciplinis cōstituēdi propria vocabula; Expli catur quid sit ceremonia. De differentia Sacmentorum, prout complectuntur vetera, & noua, & ceteris Sacris. p. 1.

Cap. 2. De partibus intrinsecē componentibus Sacmentum vel in recto, vel in obliquo. Vbi quid sit, importari in recto

## C A P I T V M

*Etio, vel in obliquo, quid im-  
portari intrinsecè, quid ex-  
trinsecè.*

*pag. 22.*

**Cap. 3.** *An Sacra menta inclu-  
dant ens rationis: Vbi multa  
de ente rationis, & de defini-  
tione entium per accidēs.* p. 79

**Cap. 4.** *De materia, & forma  
Sacramentorum in genere, &  
quomodo sint inuariabiles;  
vbi multa præsertim de iuris-  
dictione Sacerdotum ad absolu-  
uendum, de facultate delega-  
bili simplicibus Sacerdotibus  
ad confirmandum; de Or-  
dinatione Græcorum, & de im-  
pedimentis matrimonij statu-  
tis à iure positivo.* pag. 84.

**Cap. 5.** *Qualis nam, & quanta  
variatio, additio, contra-  
etio, aut corruptio verbo-  
rum quibus Ecclesia vitetur,  
con-*

# INDEX

*consistat cum valore Sacra-  
menti.* pag. 117.

**Cap. 6.** *De Necessitate intentio-  
nis Ministri; Vbi latè de nece-  
ssitate intentionis in genere ad  
inducendam obligationem a-  
ctiuam, vel passiuam quando  
agitur vel cum Deo, vel cum  
hominibus.* p. 132.

**Cap. 7.** *Quodnam sit obiectum  
in quod tandem resoluitur in-  
tentio ministri; Vbi multa a  
vitandum circulum. An suffi-  
ciat intentio virtualis, & que  
nam hæc sit; an pendeat à vo-  
luntate, an à solo appetitu in-  
feriore.* p. 147.

**Cap. 8.** *An ad merendum sit ne-  
cessse imperare semper eiusmo-  
di actiones ut honestas; Vbi  
an meritum, vel demeritum  
augeatur ex actione non for-*

ma-

## C A P I T V M.

maliter, sed tantum radicaliter libera pag. 167.

Cap.9. *Quomodo imperemus illos actus de quibus non scimus reddere rationem.* pag. 174

Cap. 10. Qualis intentio conditionata sufficiat ad valorem Sacramenti; ubi etiam de valore intentionis conditionata ad inducendam obligationem in genere: & de applicatione sacrificiorum p. 181.

Cap. II. Ex duabus voluntatis  
bus ministri materialiter, vel  
formaliter, contrarijs utra  
praeualeat. Traditur regula  
applicabilis ad omnes actus  
obligatorios. pag. 195.

Cap. 12. An Sacra-  
menta cau-  
fent gratiam ex opere opera-  
to, Quid hoc sit. pag. 226.

Cap. 13. An Sacramenta re-  
fere

# INDEX

- ter a causa erint gratiam, &  
quomodo. pag. 229.
- Cap. 14. Ad decernendum super  
efficacia Sacramentorum no-  
uæ legis præmittitur doctrinæ  
de potentia obedientiali in  
causis creatis. pag. 260.
- Cap. 15. Soluuntur Argumenta  
suadentia prædictam poten-  
tiam obedientialem deductæ  
tum ex omnipotentiæ diuina,  
rum ex testimonij Scripturæ  
& Patrum. pag. 304.
- Cap. 16. Deciditur quomodo  
Sacra menta sint cause gra-  
tiae. pag. 313.
- Cap. 17. An Sacra menta  
conferant gratiam in tem-  
pore, vel in instanti: Vbi  
multa de tempore indeter-  
minato, de productionibus  
instantaneis, & de præceptis  
non

## C A P I T V M

*non violabilibus nisi in instanti.* pag. 334.

Cap. 18. *Quomodo ex veritate verborum Christi colligatur desatio totius substantiae panis, & vini: & an pronomina hoc, & hic in verbis consecrationis stent adiectiue, an substantiue.*  
pag. 365.

Cap. 19. *An in hoc Sacramento inueniantur omnia requisita ad essentiam conversionis; An corpus Christi de nouo producatur; An possit dari duplex causa totalis: Quomodo ibi permaneat, ac postea desinat ibi esse* p. 389.

Cap. 20. *Quænam accidentia maneant in Eucharistia, & an possit defendi manere sola intentionalia.* p. 408.

Cap,

# I N D E X

Cap. 21. *An opinio componens omnia ex atomis ingenerabilibus, & incorruptibilibus sine forma substantiali, vel qualitate distincta, consistere possit aut cum fide aut cum ratione naturali; & an deatur uniuersalis quedam forma Mundi.* pag. 419.

Cap. 22. *Soluuntur rationes suadentes, omnia constare ex atomis ingenerabilibus, & incorruptibilibus.* p. 453.

IN-



# LIBER


## SEXTVS

*De Sacramentis.*

### CAPVTL.

*Quæritur definitio Sacramenti.*

*Vbi de facultate omnibus disciplinis concessa constituendi propria vocabula. Explicatur quid sit ceremonia. De differentia Sacmentorum, prout complectuntur vetera, & noua, à ceteris Sacris.*

I.  VCTORES lin-  
 guarum, consu-  
 lentes facilitati  
addiscentium.,  
& inspecta breuitate vitæ, non  
A om-

omnes planè res excogitabiles  
nominibus signauerunt, sed  
solùm, vel quæ frequentem ha-  
bent vsum in commercio, vel  
quædam genera per multas  
species pertinentia, ex quibus  
generibus tanquam elementis  
componuntur deinde peculia-  
rium rerum descriptiones. Ideò  
professoribus disciplinarū ne-  
cessè fuit designare nouis vo-  
cibus quædam specialia obie-  
cta parùm usurpata, adeòque  
parum nuncupata communi-  
ter, sed apud ipsos frequentia,  
ac proinde perincommode  
longiores descriptiones desi-  
derantia. Has autem voces vel  
planè nouas conformarunt cū  
quadam analogia ad antiqua-  
rum significationem, vt *bom-  
barda, telescopium, & similès*;  
vel

De Sacramen. Cap. I. 3

vel contraxere ad certam spe-  
ciem aliquod nomen, quod in  
communi sermone erat indif-  
ferens; ut Iurisperiti *adoptare*,  
philosophi *formā*, Ethici *vitiū*;  
alij alia. De qua potestate in-  
nouandi voces vnicuique di-  
sciplinæ concessa latè Cicero  
initio Tertij de finibus. Præ-  
ter ea, quæ idem tradiderat  
in Partitionibus Oratorijs su-  
per facultate scriptoribus vni-  
uersè concessa nouandorum  
nominum, & super certis for-  
mis eam ritè usurpandi.

2 Hanc potestatem potiori  
iure sibi vindicauit, Theologia  
quippe de rebus à vulgari no-  
tione, atque adeò sermone re-  
motissimis loquitura. Quo-  
circà non solum impiè, sed in-

A 2 eptè

ep̄tē hoc titulo à Nouatoribus  
carpitur. Ea porrò priorem ex  
duobus prædictis innouandi  
modum adhibuit ex. g. in hac  
voce *transubstantiatio* per ana-  
logiam ad vocabula philoso-  
phis familiaria, *transformatio*,  
*transfiguratio*, &c. Posteriorem  
verò in hac voce *Baptismus*, ex.  
c. quæ cùm originariè com-  
pleteatur omnem lotionem,   
contracta est theologicè ad eā,  
per quam Christo regenera-  
mur. Hoc idem secundum  
vsuuenit in hoc vocabulo *Sa-  
cramentum*; quod primò qui-  
dem Sacra omnia promiscuè  
significauit, tūm ad certas si-  
gnificationes limitatum fuit à  
Iurisperitis, deinde ab antiquis  
Ecclesiæ Patribus adhibitum  
est

De Incarnat-Cap.I. 5

est ideo synonimum *mysterij*,  
hoc est, ut signum occultum  
rei sacræ; denique à Scholaſti-  
cis contractum ad quædam  
certa sacra signa ceremonijs  
mixta tūm veteris testamenti,  
tūm noui. Huius rei definitio-  
nem difficile est inuenire. Nam  
Sacramentum ex una parte  
non est aliquod ens naturale,  
constans ex proprio genere, &  
differentia à Natura constitu-  
tis; Ex alia parte complectitur  
multa valdè dissimilia inter se,  
& distinguitur à multis, cum  
quibus ea, quæ complectitur  
magnam habent similitudinē;  
Quare arduum est inuenire illā  
complexionem prædicatorū,  
quam Scholaſtici per nomen  
illud voluerunt significare.

3 Nō quodlibet signum rei

A 3 fa.

sacræ est Sacramentum ; alio-  
quin, & sacra pictura, & sacra  
scriptura essent sacramenta ;  
Non quodlibet signum sancti-  
tatis perfectæ Christianorum ;  
alioquin & manna, & transitus  
maris rubri essent Sacramen-  
ta ; Non quodlibet signum cō-  
ferens qualemcumque sancti-  
ratem etiam legalem , & im-  
perfectam, atque externam ,  
alioquin aqua benedicta , &  
absolutio à Censuris essent sa-  
cramenta . E diuerso non re-  
quiritur ad Sacramentum vis  
effectrix veræ sanctitatis , vt  
patet in Sacrementis antiquis.  
Non quælibet actio inferens  
infallibiliter iustificationem est  
Sacramentum, vt constat in  
Martyrio, & in generatione fi-  
liorum, quos Adam suscepisset  
in

in statu innocentiae, & ad quos  
iustitia in originalem transmi-  
sisset.

4 Hæc definitio videtur esse  
apta. *Signum* continens humanas  
ceremonias à Deo per homines  
exhibitum veræ sanctificationis  
alicui conferendæ, & ad veram  
sanctificationem suo usu saltem  
disponens. *Vocauimus signum*,  
in recto, quia sic vocatur à Ma-  
gistro, à D. Thoma; Quin à Tri-  
dentino *sess. 13. c. 3.* vocatur  
*symbolum*, & *visibilis forma gra-*  
*tiæ visibilis*, quæ *signum* sonat.  
Non vocauimus *causam*, ut cō-  
plete remur sacramenta vete-  
ra. Erant tamen etiam illa ut-  
cumque causa inadæquata, &  
remota, atque impropria gra-  
tiæ, quatenus conferebant suo  
usu, ut per ultimas particulas.

A 4 indi-

8 *Liber Sextus*

indicauimus aliquam sanctitatem legalem, & imperfectā quæ aliquatenus disponebat ad gratiam, sed non infallibiliter cōferendam. Erant tamen signum infallibile gratiæ *alicui conser. ndæ*, hoc est quibuscumque applicarētur merita Christi & Sacra menta nouæ legis; Erant enim de hac veritate signa exhibita à Deo, atque adè locutiones, & promissiones diuinæ.

5 *Continent* verò generaliter Sacra menta *humanas ceremonias*: Humanas quidē, instituta sūt enim tanquā remedia pro hominibus, & non pro Angelis, & ideo sunt signa humana, hoc est sensibilia, quomodo signum definitur ab Augustino; Homini enim per sensus signi.

De Sacramen. Cap. I. 9

gnificantur res insensibiles. Itē  
videtur esse de notione Sacra-  
menti continere aliquā actio-  
nem piām externām lege di-  
uina constitutām, & significa-  
tiuā alicuius arcani, quæ præ-  
dicata necessariō includūt ce-  
remoniam. Est enim ceremonia  
*Actio externa facta ut con-  
formemur communi legi, vel cō-  
suetudini intendantī aliquod a-  
liud bonum, quam utilitatem  
physicā talis actionis.* Duæ scili-  
cet sunt classes actionum, quæ  
præcipiuntur, aut suadentur à  
lege, vel consuetudine; Altera  
earum quæ amantur propter  
bonitatem physicam, quam  
habent ex natura sua, & anto-  
missionem legis (cuius nomine  
hic intelligam etiam consue-  
tudinem) ut ex. g. quòd paren-

A. 5. tes

tes educent filios ; quòd pro  
mercibus soluatur vestigal ;  
Altera earum actionum quæ  
per se, & ante legem non essent  
saltem notabiliter meliores ip-  
sæ, quām aliæ loco earum, sed  
statuuntur ad inducendam in  
Republica quamdam unifor-  
mitatem in commercio politi-  
co, cuiusmodi sunt ritus iudi-  
ciorum, sacrorum, &c. Actio-  
nes secundi generis vocantur  
*ceremoniæ.*

6 Non hinc sequitur om-  
nē locutionē esse ceremoniā,  
sicut videtur colligi; ex eō scili-  
ceret quod verba proferuntur  
nō propter bonitatē physicā,  
quā habēt illisoniā natura, sed  
propter legem, vel consuetudi-  
nem, ratione cuius obtinent si-  
gnificationem, Non inquam,,  
hoc

De Sacramen. Cap. I. 11

hoc sequitur. Nec enim verba adhibentur ratione legis, vel consuetudinis formaliter quā lex, vel consuetudo est, sed quia sunt instrumenta ad cōmunicandos nostros. concep-  
tus audienti, quod æquè potuissent obtainere per conuentionē priuatā. Quòd si adhicerentur gratia legis, vel consuetudinis volentis hīc & nunc usurpari potius verba, quām alia signa æquè commoda, uti contingit ex.g. in testamentis, tunc ad-  
hicerentur ut ceremoniæ.

7. Videbitur alicui matri-  
monium non continere essen-  
tialiter ceremonias, ut pote-  
quod in sententia probabiliōri  
est Sacramentum (præcisa re-  
centi constitutione Tridentini)  
etiam sine ullo alio ritu quām

A 6 qui

qui requiritur ad contractum  
essentialiter de iure naturæ.

8 At respondemus, illum ipsum ritum, hoc est mutuam significationem externam, non adhiberi in matrimonio propter solam bonitatem physicam, quam habet, quæ est significatio conceptus, sed propter aliam bonitatem pendentem à lege naturali, & non revocatam à lege positiva, quæ est *inducere obligationem*; ac proinde illa exterior significatio est ceremonia.

9 Ex prædicta Sacramentorum definitione colligitur, cur ea Sacra, quæ recensuimus, non sint Sacra menta. De veteribus autem sacrificijs à Deo institutis probabilis est pars affirmativa, cui videtur adhæ.

adhærere D. Thomas I. 2. q.  
103. articulo 5. Sacrificium,  
porrò legis nouæ non est Sacra-  
mentum, alioquin essent plurā  
Sacramenta quām septem;  
Non enim posset dici idem  
cum Sacramento Eucharistiæ,  
vt patet, quoniam multi acci-  
piunt Eucharistiā, & non sa-  
crificant. Ratio autem cur non  
sit Sacramentum est, quia non  
significat infallibiliter sanctita-  
tem conferēdam, sed collatam;  
Posset quippe offerri in fine  
Mundi, quo tempore Deus nul-  
lam esset sanctitatem collatu-  
rus.

10 Sumptio Eucharistiæ,  
quamuis trahat infallibiliter  
gratiā, neque est Sacramen-  
tum distinctum ab alijs, neque  
est pars Sacramenti Euchari-  
stiæ

stia. Non primum, quia non continet aliquem ritum, & ceremoniam; Potest enim fieri non humano modo, & sine intentione; veluti si taliter conferatur infantibaptizato; Imo etiam in adultis collatio gratiae per Eucharistiam requirit quidem intentionem comedendi illum sacrum cibum, at non requirit intentionem aliquid significandi, & faciendi quod facit Ecclesia. Non secundum, quia totum Sacramentum nihil aliud continet nisi locutionem factam nomine Dei, aut verificatium locutionis factae nomine Dei, per quod illa locutio reddatur verè locutio diuina promissoria gratiae: *Et signum exhibitum à Deo* *Ec.* ut posuimus in definitione; tūc enim

enim Deus re ipsa loquitur per suum procuratorem, quando, verificantur omnes illæ circumstantiæ pro quibus ipse Deus dedit procuratori facultatem loquendi nomine ipsius. Et sic illæ circumstantiæ sunt partes huius veritatis, quæ est: *Deus loquitur; ac proinde huius; Datur Sacramentum; Quod nihil aliud est quam signum diuinum, & locutio diuina.* At sumptio Eucharistiæ neque est aliqua circumstantia requisita ad hoc ut Deus loquatur per suum procuratorem, nemo enim est procurator Dei ad dicendū, quod hic cōmunicans sanctificatur, ad quod verificandum requireretur sumptio: neque ipsa sumptio est locutio facta nomine Dei, ut pater.

Et

11 Et sānē regula, quam tradidimus, apparet vera non solum ex ratione, sed etiam ex inductione. Nam in reliquis Sacramentis partes intrinsecæ vel sunt locutio facta nomine Dei, vel illam verificant in ratione continentis promissionē diuinam de conferenda gratia. Ex g. contritio poenitentis est pars Sacramenti, quia licet non fiat nomine Dei, verificat tamen quod Sacerdos re ipsa hic & nunc sit procurator Dei in proferendis verbis absolutionis, per quæ verba Deus nihil re ipsa diceret si poenitens non esset contritus.

12 Rationem discriminis quod ad hoc inter Eucharistiam, & alia Sacra menta indicavit Tridentinum sess. 13. cap. 3. quia

quia scilicet in Eucharistia illud excellens, & singulare reperitur, quod reliqua Sacra menta tunc primum sanctificandi vim habet, cum quis illis vivitur, at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante usum est. Cum ergo Sacra menta nouae legis eatenus sint signa, quatenus sunt causae; porro id, quod Concilium dixit de ratione causae, valet etiam de ratione signi, quam totam Deus dedit tanquam suo chirographo ipsi Christo ibi sensibiliter per verba, & species existenti.

13 Neque martyrium, neque Passio Christi, licet habeant infallibiliter annexam sanctitatem conferendam, sunt Sacra menta, quia non sunt actio facta nomine Dei, adeoque non

non sunt signum exhibitum à  
Deo per homines, neque conti-  
nent ullam ceremoniam.

14. Probabile est non esse  
de primo conceptu Sacramen-  
torū ut sint symbola, hoc est si-  
gnificativa per quamdam pro-  
portionem inter signa & rem  
significatam. Quamuis enim  
de facto omnia sacramenta  
sint symbola ut colligitur, *ex*  
*Tridentino* *sess.* 13 *c.* 3. tamen  
quēadmodū optimè Aristoteles  
aduertit 7. *Metaph.* *c.* 11. licet  
circuli omnes essent ænei, non  
ideò æs foret de essentia circu-  
li; & licet species hominis  
semper sit in carnibus, & ossi-  
bus, non ideò caro, & ossa,  
sunt de definitione hominis.  
Ratio igitur symboli non vide-  
tur adeò considerabilis, ut cre-  
di-

HOM

dibile sit Scholasticos eam in-  
tellexisse in prima notione  
huius nominis *Sacramentum*,  
ita ut eo nomine non essent  
appellaturi aliquod signum  
gratiæ à Deo institutum, quod  
in solo defectu significationis  
symbolicæ à ceteris Sacramen-  
tis differret; Nec dicas, tunc de-  
futuram rationem mysterij; Id  
enim non sequitur; nam omne  
signum arcanum ad placitum  
quamvis disparatum in com-  
muni modo loquendi, dicitur  
continere mysterium, ut v. g.  
explicatio lintei ante fenestrā:  
Quod si esset signum rei subli-  
mis, & sacræ, diceretur verum  
mysterium.

15 Conueniens tamē fuit.  
ut de facto omnia Sacraenta  
essent symbola, quò in eis ma-  
gis

gis eluceat diuina sapientia ;  
Sapientia enim instituentis si-  
gnum longè magis patet quo-  
ties apparet si nilitudo cum re  
significata: opus namque præ-  
stantis ingenij est (quod Aristoteles in Rheticis monet) di-  
gnoscere quandam similitudi-  
nem inter res aliòqui summè  
differentes . Et ideo magna est  
delectatio in metaphoris ; &  
apud omnes nationes fuerunt  
in summo pretio authores æni-  
gmatū , hieroglyphicorum, pa-  
rabolarum , allegoriarum &c.  
Atque hoc præsertim nomine  
diuinum nescio quid in poetis  
homines venerātur . Adeòque  
Deus ipse , vt suam sapientiam  
ostentaret, yniuersam Scriptu-  
ram eiusmodi imaginibus im-  
pleuit . Ex quo duo percom-  
mo .

moda proueninnt. Alterum  
est maior credibilitas profe-  
cta tum ex patente locuto-  
ris sapientia, tum ex rerum  
conuenientia. Alterum est ma-  
ior in rebus fidei delectatio;  
qua gratia etiam Poetæ mora-  
lia documenta metaphoris, at-  
que allegorijs inuoluerūt, quò  
utile mixtum dulci facilius ex-  
orberetur,



CA.

## C A P V T II.

*D: partibus intrinsecè componen-  
tibus Sacramentum vel in re-  
cto, vel in obliquo. Vbi quid  
sit, importari in recto, vel  
in obliquo, quid importari  
intrinsecè, quid extrinsecè.*

16 **Q**uoniam est am-  
pla, & celebris  
questio inter Scholasticos quid  
nam Sacra menta dicant in re-  
cto, quid in obliquo, quid tan-  
quam partes intrinsecas, quid  
verò tanquam connotata ex-  
trinseca, & solutio huius quæ-  
stionis pendet ex regulis gene-  
ralibus, in quibus regulis nos  
aliquantulū discedimus à con-  
sueta explicatione recentiorū;  
ideo

ideò non inutile existimamus  
digredi tantisper ad huiusmo-  
di regulas, vt potè necessarias  
tum præsentis disputationi, tum  
alijs multis.

17 Distinctio recti, & ob-  
liqui non desumitur penes res  
ipsas, sed penes cōceptus, adeò  
que penes ipsas voces, quæ cō-  
ceptibus substituuntur. Ceterum  
quælibet res potest nomi-  
nari tam in recto, quam in  
obliquo. In recto quidem con-  
cipitur tum omne absolutum,  
tum omne fundamentum re-  
lationis; In obliquo autem  
omnis terminus relationis, tum  
quando fundamentum, aut ter-  
minus distinguuntur saltē for-  
maliter ab ipsa relatione, tum  
quando cum ea planè identifi-  
cantur: Ex g. hic conceptus, pa-

terni-

ternitas, dicit relationem in-  
recto, & patrem, ac filium in  
obliquo, quia paternitas tunc  
cōcipitur ut fundamentum re-  
latum essentialiter ad illos duos  
tanquam terminos, Item hic  
conceptus, *pater*, dicit paterni-  
tatem in obliquo, quia attin-  
git illam ut terminum alicuius  
connexionis, quam habet cum  
illa is qui est pater; quæ tamen  
connexio formalissimè est ipsa  
paternitas; aliòqui tunc con-  
ciperetur alia connexio ad ipsā  
connexionem, & sic infini-  
tæ relationes. Et quoniam, si-  
cūt diximus, in recto conci-  
piuntur, tum omne absolutum,  
tum omne fundamentum re-  
lationis, potest vero concipi  
absolutum sine relatione, non  
autem relatio sine fundamen-  
to

to, hinc est aliquando posse concipi rectum sine ullo obliquo, nunquam tamen obliquum sine recto. Porrò hæc est mirabilis proprietas relationis, per quam proprietatem natura dedit nobis facultatem scientiæ, & ratiocinationis, quod relatio semper trahat intellectum in cognitionem alicuius rei ab ipsa relatione distinctæ, quæ res dum concipitur ut terminans relationem, dicitur concipi in obliquo, ut prædixi.

18 Modum illum tehdendi quem exercemus, dum aliquid in recto, vel in obliquo concipimus, ut pote cadentem sub experientiam, non possumus per aliquid notius explicare, Philosophi tamen munus est regulam constituere, per

B quam

quam sciamus in quibus nam  
circumstantijs obiecta hoc vel  
illo modo concipientur : quā  
regulam nuper attulimus.

19 Neque ad eam infrin-  
gendam valet ita disputare :  
Dum dico ; *paries est terminus*  
*cognitionis* , concipio parietem  
in recto , & tamen concipio eū  
ut terminum relationis. Respō-  
demus enim , tunc parietem  
concipi immediatē , & logicē  
ut fundamentum huius conce-  
ptus relatiui , *terminatio* , à qua  
ipse denominatur *terminus* , me-  
diatē tamen , & phisicē eumdē  
concipi ut terminum ; hoc est  
affirmari , eum terminare rela-  
tionem , atque adeò esse talem  
qui mereatur concipi in obli-  
quo concepta relatione vel  
eius fundamento in recto . Et  
sic

sic concipimus tunc aliquam cognitionem possibilem, quæ, si existeret, cognosceret partem in obliquo. Similiter dum dico: *albedo est forma albi*, concipio immediatè albedinem in recto, sed mediata in obliquo, quatenus concipio illam cognitionē possibilem cui respondet subiectum albedinis tanquam rectum dicens relationem unionis ad albedinem tanquam ad terminum.

20 Sic etiam dum dico, Petrus, & Paulus, currunt: concipio utrumque in recto, & utrumque in obliquo; concipio enim utrumque & ut fundementum relationis coexistentiæ inter eius cursum, & cursum alterius, & simul ut terminū relationis oppositæ.

B 2 Ro.

Rogas, quid concipio, per cōceptum respondētem his verbis. Petrus, & Paulus? enim uero tunc nō habeo cognitionem primō intentionalem, sed secundō intentionalem, hoc est non concipio immediate ipsum Petrum, & Paulum, sed concipio aliquod certum genus propositionis possibilis habentis pro obiecto Petrum, & Paulū. Nam illa particula, &, habet significationem pendētem, & determinabilem à prædicato addēdo in integra propositione, & significat copulam non inter ipsa subiecta, sed inter eorum prædicata vagē & confusē subintellecta. Et sic si addā, fuerunt, ly & dicit copulam inter præteritionem, utriusque, si addam sunt possibles

De Sacramen. Cap. II. 29  
biles, dicit copulā inter possi-  
bilitatem vtriusque, si adda m  
existunt, dicit copulam inter  
existentiam vtriusque. Cum  
ergo prædicta particula, & an-  
te additionem prædicati ha-  
beat significationē syncathe-  
gorematicam, & indetermina-  
tam, sequitur naturam termi-  
ni syncathegorematici, qui nō  
significat primam intentionē,  
sed vagè aliquam secundam  
intentionem cui conueniat ta-  
lis terminus. Hoc igitur con-  
ceptu, Petrus, & Paulus, con-  
cipio aliquam propositionem  
possibilem, vt diximus, quæ af-  
firmet aliquid simul de Petro,  
& Paulo.

21 Hoc ipsum breuiter, &  
acutè indicauit Aristotiles 2.  
Perhierm. c. 1. in his terminis

B 3 syn-

syncathegorematicis, *omnis*, & *nullus*. Ait enim, *Omnis non significat ipsum uniuersale*, sed *uniuersalis prædicationis est nota*; & infra: *Quare omnis, & nullus non aliud significare videntur, quam affirmationem, aut negationem uniuersaliter dici*. Cuius rei ratio est; quia dum dico, *omnis homo*, non concipio ex parte primæ intentio-  
nis aliquid, quod non concipiā per hunc conceptum, *aliquis homo*, vel *homo*, sed concipio aliquam propositionem possi-  
bilem, quæ aliquid prædicet de omnibus hominibus; & per hoc distinguitur obiectus huius cognitionis; *omnis homo*; ab obiecto istius; *aliquis homo*. Se-  
cunda enim concipit aliquam propositionē possibilem præ-  
di-

dicantē disiunctiū quidquā  
de singulis hominib⁹. Hæc  
autem cognitio; *homo*, tendit  
primò intentionaliter in ipsum  
hominem. Et idcirco, *omnis*  
*aliquis*, & similia vocantur ter-  
minis *synthetico-rematici*, non  
quia significant obiectum in-  
determinatum, nam hoc mo-  
do *omnis* conceptus *uniuersali*,  
& p̄cipuè graduū trā-  
scendentalium, diceretur *syn-*  
*thetico-rematicus*; sed quia si-  
gnificant conceptum indeter-  
minatum.

22 Hoc idem, importare  
scilicet non primam intentio-  
nem, sed secundam, v̄su venit  
in omni locutione in qua co-  
niungitur aliquod p̄dicatū  
contingens cum aliquo subie-  
cto *uniuersali*, vt v.g. dū dico :

B + h̄.

*homo existens*, vel, *homo albus*, perinde enim valent, ac si quis diceret, *quicunque homo sub hac cōditione, si de eo verificatur existentia, vel albedo*. Si enim illæ cognitiones, quibus prædictæ voces substituuntur, essent puræ apprehensiones primò intentionales, prior non distingueretur realiter ex parte obiecti ab hac, *homo*, (suppono existentiam non distingui ab essentia) & posterior non distingueretur ex parte obiecti ab alia, qua cōciperetur omne concretum possibile constans ex homine, & albedine. Vel ergo istæ voces non proferuntur tamquam habentes sensū completū, sed incompletum, & determinabilem ab alijs vocibus addendis, quæ aliquo modo

modo congruant cum prædi-  
ctis, quæcumque illæ fuerint,  
sicuti contingit in pronuncia-  
tione syllabarum, antequam  
compleatur totum vocabulū:  
& si tales voces proferuntur  
hoc modo, non adequate sub-  
stituuntur alicui cognitioni,  
sed sunt partes propositionis  
vocalis explicantis aliquam  
propositionem indiuisibilē in-  
ternam de *hominibus existenti- bus*, & de *hominibus albis* &c.  
vel substituuntur alicui primæ  
apprehension reflexæ conci-  
pienti aliquam propositionē  
possibilem sub hoc prædicato  
generico, quod est, simul af-  
firmare aliquem hominem  
vagè esse existentem, esse album  
&c. simul affirmare de singu-  
lis hominibus aliquod aliud

B s præ-

34 *Liber Sextus*

prædicatū sub hac conditione  
sexistit, vel, si est albus &c.

23 Ex his colligitur, cognitionem, ut pote imaginē es-  
sentialē sui obiecti, nunquā  
esse indifferentem, vt tendat  
modò in hoc, modò in illud  
obiectum; sed affirmationē n  
dīsūndūm de multis obie-  
ctis esse indifferentem, vt mo-  
dò verificetur per vnum obie-  
ctum, modò verificetur per  
aliud.

24 Item volitio, vt potè-  
quæ imitatur naturam non-  
puræ apprehensionis, sed affir-  
mationis ( vult enim aliquid  
esse vel non esse) potest eadem  
esse indifferentis, vt velit modò  
vnū obiectū, modò aliud, volēs  
scilicet plura vagè sub aliqua  
conditione, quæ modo potest  
veri-

verificari de vno obiecto, modo de alio. Ex g. dū volo adorare Angelū Gabrielem, cùm ego nesciam prædicata essentia illius, necesse est ut tendam in accidentalia, Ex g. vt concipiam Gabrielem, quatenus distinguitur ab alijs Angelis, per hoc quod est, *nunciasse incarnationem Beatæ Virgini*. Hæc ergo volitio tendit ex sua essentia in singulos Angelos volens illos adorare sub hac conditione, *si hic nunciauit &c.* Quare de facto vult adorare hunc, quia de hoc verificatur talis conditio; Sed hæc eadem volitio immutata vellet adorare alium si ea conditio verificaretur de alio Angelo. In eo enim casu remaneret tota causa proxima huius volitio-

nis, quę nunc est, scilicet eadē cognitio orta ex ijsdem speciebus abstractiis: atque adeò remaneret eadem volitio.

25 Pariter casus obliqui non substituuntur alicui primae intentioni integræ; sed vel proferuntur merè ut partes propositionis vocalis, quæ partes per se non substituātur ulli cognitioni mētali; vel certè proferuntur ut substituti nō primæ intētioni, sed secūdæ; ut supra explicatū est. Nec enim possumus concipere obliquū sine aliquo recto; Atque idem valet in omnia ea vocabula, quę significāt intrinsecè (quid sit significare intrinsecè, vel extrinsecè mox dicetur) aliquid ut obliquum, cuiusmodi sunt adiectiua, quæ significant suam

suam formam vt adiacentem  
alicui substantiuo ; Similiter  
philosophandum est circà ad-  
uerbia vt potè significantia  
modum, quo prædicatum cō-  
uenit subiecto, adeòque in-  
cludentia aliquam cognitionē  
saltem vagam prædicati, & su-  
biecti. Ad hæc, ita se habent e-  
tiam præpositiones, & coniun-  
ctiones, vt potè quæ signifi-  
cant relationē in obliquo con-  
ceptam, & consignificant ter-  
minum relationis conceptum  
in ulteriori obliquo. Redupli-  
cationes etiam nunquam sub-  
stituuntur puræ apprehensio-  
ni primo intentionali ; sed vel  
sunt partes vocales alicuius in-  
tegræ propositionis vocalis ex-  
plicantis propositionem indi-  
uisibilē mentalē, vel sunt ap-  
prehensiones

prehensiones reflexæ de propositione reduplicatiua. Omnis enim reduplicatio significat rationem per quam prædicatum conuenit subiecto; ac proinde se tenet ex parte prædicati, & nō ex parte subiecti, ut optimè notauit Aegidius in 3. dist. 11. p. 2. q. 2. art. 1. in corpore. Et sic explicatur illa quæstio quid significet *albūm ut album*; non significat enim aliquid primò intentionale, sed apprehensione in reflexam de aliqua propositione, quæ affirmet aliquid conuenire *albo* quia *album* est.

26 Hæc de distinctione recti, & obliqui, iam de distinctione inter partes intrinsecas, & connotata extrinseca. Certum est primò, aliqua nomina

con-

conuenire rebus denominatis  
nulla affirmata, vel negata ul-  
lius rei existentia cōtingēte, &  
hæc sunt nomina essētialia, vt  
*homo albedo*, &c. Alia sūt nomi-  
na, quæ cōueniūt rei denomi-  
natæ per hoc formaliter, quod  
quæpiā existentia contingens  
affirmetur, vel negetur, & hæc  
sunt vocabula pertinentia ad  
accidens prædicabile, vt v. g.  
*album, calidum*, &c. Loquor de  
existentia contingente; vtrum  
enim in qualibet propositione  
æternæ veritatis, ac proinde in  
qualibet propositione essen-  
tiali, affirmetur aliquatenus  
implicitè existentia necessa-  
ria Dei, est gratis quæstio, nec  
huius loci. Certe existentia  
Dei affirmatur, quoties affir-  
mantur nomina essentialia ip-  
sius

40 *Liber Sextus*

sius Dei, de cuius scilicet essē-  
tia est *existere*. Cœterūm exi-  
stentia contingens affirmatur  
solum affirmatis nominibus  
accidentalibus vel creatura-  
rum, vel ipsius Dei. Porrò hæc  
nomina conueniunt rebus de-  
nominatis, quando datur ali-  
qua certa res vel negatio ha-  
bens cum ipsis rebus relatio-  
nem vel vniōnis, vel coexisten-  
tiæ, vel præcedentiæ, &c. Id  
enim est vniuersale omnibus  
objectis, ut possint recipere  
denominationem ab omni-  
bus, & solis illis rebus cū qui-  
bus vel per identitatem, vel  
per aliquam relationem con-  
nectuntur, quæ relatio nisi cō-  
cipiatur, nunquam potest in-  
tellectus ab una entitate, ut  
disparata denominare aliam  
dispar.

disparatam. In his ergo nominibus, cùm plura inter se distincta significantur, quæritur quid significetur extrinsecè, quid intrinsecè.

27 Primò statuendū est, omne id quod importatur solum in obliquo, se habere ut connotatum extrinsecum & nullo modo ut partem intrinsecam eius quod importatur in recto. Nam, ut diximus, reatum est, vel absolutum, vel fundamentum relationis, obliquum verò est terminus illius (nomine termini includo ipsam quoque relationem ut supra explicaui) qui porrò terminus nulla est pars fundamenti. Dixi, quod importatur solum in obliquo; Potest enim nomen importare cōcretum, in

in quo forma non distingua-  
tur realiter, sed solùm ratione  
à subiecto, adeòq. illa cōcipia-  
tur duplii modo. nēpe & in re-  
cto sub conceptu subiecti, & in  
obliquo sub conceptu formæ.  
Vt v.g. *Natura habens rationa-  
litatem*. De reliquo aduerten-  
dum est, hanc distinctionem  
inter obliqua intrinseca, & ex-  
trinseca non posse desumi pe-  
nes puram apprehensionem.  
Nam apprehensio quidquid  
atttingit, intrinsecè atttingit, cū  
sit imago per suam essentiam;  
sed desumi penes propositionem,  
ad quam scilicet verifi-  
candam aliquando spectat in-  
trinsecè vna pars obiecti per  
eam cogniti, & non alia pars.

27 Ergò secundò statui debet.  
Illud dicitur significari ut pars  
in.

intrinseca alicuius nominis ,  
quod à propositione affirmā-  
te illud nomen vel significa-  
tur ut rectum, vel ut verificati-  
uum ipsius propositionis . Ex.  
g. *homo possibilis* significat in-  
trinsecè hominem, quia signi-  
ficiat illum in recto, licet non  
requiratur hominem esse , ad  
hoc ut sit vera hæc propositio,  
*homo est possibilis*. At verò pos-  
ibilitatem hominis significat  
pariter intrinsecè , quia licet  
ea non importetur in recto ,  
importatur tamen ut verifica-  
tiuum ralis propositionis , ut  
potè quæ non esset vera , nisi  
datur possibilitas hominis .

28 Reliquū est igitur in-  
uenire aliquam regulam, per-  
quam distinguamus id quod  
importatur, vel non importa-  
tur

44 *Liber Sextius*

tur formaliter ut verificatiū nominis; Multa sūt enī quæ si nō essent, nomē nōverificaretur, & tamē nō sūt pars verificatiui. Ex.g. si nō esset Deus, nōverificaretur Angelū videre Deū , & tamen Deus nō est pars verificatiui huius propositionis. *Angelus videt Deum*, neque ab ea importatur intrinsecè.

29 Dicunt aliqui, id tantum importari intrinsecè, quo remanente , & cæteris omnibus sublati per possibile, velimpossible, propositio verificaretur . Ex. g. sublato Deo per impossible , & remanente in Angelo visione, quam nunc habet, sequeretur, eum videre Deum; ideo Deus non est pars intrinseca huius

con-

concreti: *Angelus* *videns* *Deū*.  
Sed hæc regula in ordine qui-  
dem ad casus possibles est ve-  
rissima, & optima, non enim  
possunt remanere omnia ea,  
quæ intrinsecè componunt ali-  
quid, & quæ proinde identifi-  
cantur adæquate cū illo, quin  
illud remaneat: at in ordine  
ad conditionales impossibiles  
est difficultis, & parùm utilis.  
Difficilis quidem, nam ex. g.  
si non esset filius æternus, re-  
manente per impossibile pri-  
ma persona Trinitatis, vix pos-  
sumus intelligere eam reman-  
suram in esse *Patris* & tamen  
*Pater* æternus non includit tā-  
quam partem intrinsecam ip-  
sum filium. Et ratio est, quo-  
niam aliqua sunt adèò eui-  
denter connexa inter se, ut in-  
telle-

tellectus per nullam cognitio-  
nem possit affirmare vnum,  
quin affirmet aliud. Quare  
si alterum deesset, iā non ve-  
rificaretur illa cognitio: quip-  
pe nulla cognitio est nobis cō-  
ceptibilis, per quam affirme-  
mus primum, quin omnis ta-  
lis cognitio affirmet etiam se-  
cundum.

30 Rursus ea regula est  
parūm vtilis, tūm quia non  
est promptum statuere quid  
sequeretur per locum intrinse-  
cum in hoc vel illo casu impo-  
sibili; Tum quia remanet in-  
quirendum à priori, cur id ita  
eueniret, ita ut ego ex vi talis  
regulę sciam ex.g. remanente  
pariete cum ynione, & sine  
albedine, remansuram in pa-  
riete denominationem *units*

*cum*

De Sacramen. Cap. II. 47  
cum albedine, & non denomina-  
tionem albi.

31 Alij ingeniosi recen-  
tiores constituerunt hanc re-  
gulam, vt id importetur intrin-  
secè, quod vel importatur in-  
recto simpliciter respectu no-  
minis vel importatur vt pars  
in recto abstractiverbalis quod  
potest colligi ex affirmatione  
talis nominis. ex. g. ex hac af-  
firmatione: *Petrus videt Deum*,  
licet colligere hoc abstractū;  
*Petrum videre Deum*; At, in-  
quiant, hoc abstractum dicit  
in recto ipsam visionem, & in  
obliquo Deum, ideo sola vi-  
sio, & non Deus, est pars in-  
trinseca huius nominis. Sed  
hæc regula est obscurior quā  
id ad quod declarandum est  
excogitata. Pro quo aduertē-  
dum

dū est, quoties quæritur, quid  
aliquid sit, quæri rectum illius,  
nam ipsum, *quid*, est rectum, &  
verbum substantiū est, exigit  
ante se rectum. Quocirca in  
presenti quæstione quæritur à  
nobis quænā sit in recto pars  
*intrinseca denominationis obie-  
ctuæ*, seu *verificatiui*, &c: Et  
huic quæstioni per istos recen-  
tiores respondetur, esse *id quod  
est in recto pars abstracti ver-  
balis*; quod videtur quid igno-  
tius.

32 Regula quidem à po-  
steriori facilius posset desumi-  
ab actibus voluntatis, quā m-  
intellectus: sæpè enim contin-  
git, ut etiam ea, quæ non pos-  
sunt diuidi quoad affirmatio-  
nē, possint diuidi quoad amo-  
rem, aut alium actum volun-  
tatis

tatis. Ex. g. non possum affir-  
mare existentiam Patris æter-  
ni quin eodem actu affirmem  
existentiam Flii. At possum  
adorare Patrem æternum quin  
eadem adoratione adorem fi-  
lium, sicut possum adorare  
filium in Christo, quin eodem  
actu adorem Patrem.

33 Item nō possum affir-  
mare visionem intuituam  
obiecti in se ipso, quin affir-  
mem existentiam obiecti, ac  
possum amare tanquam meā  
perfectionem, & gratia sui vi-  
sionem intuituam, quin simi-  
li amore amem existentiam  
obiecti. Quamuis enim ex duo-  
bus necessariò & euidenter  
connexis non possit acceptari  
vnum, quin acceptetur aliud,  
potest tamen per se amari vnu

C illo.

illorum, quin per se ametur aliud. Ea igitur sunt pars intrinseca alicuius denominatio-  
nis, in quæ necessario tēdit vo-  
luntas simili modo quo tendit in eam denominationem.

34 Sed quoniam hæc est regula quædam a posteriori, reliquum est tradere regulam à priori, quæ sumi debet ex modo cognoscendi; nomina enim substituuntur immedia-  
tè conceptibus, & ideo diuer-  
sitas significationis duorum obiectorum in uno nomine  
desumenda est ex diuerso mo-  
do quo tendit in obiecta con-  
ceptus cui substituitur tale no-  
men. Ut ergo tradamus regu-  
lam radicalem, & à priori: No-  
tamus obiecta dupli modo non solum cognosci (quod su-  
pra

De Sacramen. Cap. II. 51  
præ explicatum est a nobis dū  
assigauimus differētiam in-  
ter rectum , & obliquum ) sed  
etiam duplii modo affirmari.  
Primo modo res affirmantur  
immediatè, & in se ipsis. Secū-  
dò mediatè , & in aliqua re-  
latione, quæ ducat in affirma-  
tionem obiecti tanquam ter-  
mini necessario cōnexi. Ita ut  
si talis affirmatio esset cogni-  
tio intuitiua , relatio quidem  
videretur in se ipsa , terminus  
autem videretur, in relatione  
tanquam in medio cognito.  
Quod affirmatur priori modo  
per affirmationem talis nomi-  
nis , dicitur pertinere intrinse-  
cè ad denominationem, quod  
affirmatur tantùm posteriori  
modo, dicitur pertinere extrin-  
secè ad eam denominationē .

C 2 Ex

Ex g. *Album* dicit albedinem  
ut partem intrinsecam ; quia  
propositio affirmans , dari al-  
bum , non affirmat existentiā  
albedinis ex eo quod affirmet  
existentiā subiecti quasi ne-  
cessariō trahentis albedinem ,  
neque ratione vñionis, quippè  
quam tale nomē importat po-  
tiūs implicitè , & confusè ; sed  
affirmat immediatè albedinē  
ratione sui ipsius . At *vñitum*  
*albedini* nō dicit intrinsecè nisi  
ipsam vñionem , quia eam so-  
lūm affirmat propter se affir-  
matio huius denominationis ;  
Albedinem verò affirmat ut  
terminum necessariō connexū  
ipsi vñioni , adeòque hæc de-  
nominatio dicit eā extrinsecè .

35 His ità vniuersè con-  
stitutis, certum est primò, in

Sa.

Sacramentis importari in trin-  
secè omnia ea quorum aliquo  
recedente & ceteris omnibus  
remanentibus potest non ma-  
nere Sacramentū, secundū ea  
quæ diximus num. 29. In sen-  
tentia tamen ponente relatio-  
nes prædicamentales distin-  
ctas posset aliquis existimare,  
de essentia Sacramenti non tā  
esse illas entitates, quām rela-  
tiones ad easdem ut ad coexi-  
stentes vel præteritas. Sicut ex  
g. *Cæna* in ea sententia non  
includit intrinsecè tempus ves-  
pertinum, sed comestionem,  
quæ habeat relationem cœ-  
xistentiæ ad illud; quæ rela-  
tio quia deficit deficiente  
eius termino ideo videtur de-  
ficere denominatio formaliter  
ex defectu termini; cum tamē

C 3 defi-

deficiat solum ex defectu relationis ad illum.

36 Certum est secundò includi intrinsecè in Sacramēto totum id quod est signum immediatum, hoc est, totum id per cuius immediatam sensibilitatem mouemur ad credendum hic, & nunc infusio- nem gratiæ. Id enim est d̄ pr̄cipua essentia, & definitio- ne Sacramēti secundū omnes. Ac proinde includuntur intrinsecè in Sacramento res, ce- remoniæ, & verba, per quæ Sacramentum conficitur.

37 Tota ferè dubitatio est de his quæ significantur sensibiliter mediatè; hoc est, quæ non sunt sensibilia per se, sed cognoscuntur dependen- ter ab alijs signis sensibilibus,  
&

& tamen si deficerent, nō posseretur Sacramentum. Huiusmodi sunt institutio diuina, intentio ministri, & institutio linguae per quam voces habent significationem.

38 Et quidē si ponamus relationem distinctā tūm ad præsentia, tūm ad præterita, secundūm ea quæ tradidi in libello de Incarnatione n. 185. probabile est hæc omnia non includi, sed solum relationem ad illa. Sicut enim in ea sententia veritas cognitionis fallibilis non includit ipsam entitatem obiecti, sed solum relationem ad obiectum existens, vel præteritum, (& ideo propositiones de futuro contingent non habent determinatam veritatem) ita veritas signi

C 4 con-

contingenter veri, qualis est illa apparentia sensibilis præcisis signis mediatis supradictis, nō includit intrinsecè res significatas, sed relationem ad illas, per quam signum immediatum redditur verum, & infallibile.

39 In sententia vero negante eiusmodi relationes est locus quæstioni: & supposita ea sententia nos philosophabimur in præsenti. Dicimus primò, non includi in Sacramentis voluntatem Dei neque generalem instituendi Sacra-menta, neque peculiarem dādi gratiam hic & nunc huic homini suscipienti Sacramētū. Quantū ad primam, philosophamur dependēter a principijs constitutis in tractatu de

*Fiae*

*Fide.* vbi probauimus actus  
internos Dei non esse obiectū  
immediatum fidei. Licet enim  
motuum formale fidei, hoc  
est primum principium credi-  
tum, quo differt fidelis ab in-  
fideli, sit prima veritas di-  
uina non potens permettere  
sufficientem apparentiam  
suæ locutionis, quin ea sit ve-  
ra, tamen id quod imme-  
diatè mouet intellectum, est il-  
la apparentia creata sub expe-  
rientiam cadens, & nullo mo-  
do voluntas, & cognitio diui-  
na constituentes locutionem  
internam Dei, ut potè quæ nō  
sunt à nobis cognoscibiles nisi  
per effectus creatos. Cum er-  
go Sacramentum sit signum,  
gratia quatenus significat etiā  
illam generalem Dei promis-

1000 C 5 50.

sionem, utique debet hanc significare immediatè per illā apparentiam sensibilem per quam eiusmodi promissio est nobis credibilis. Quæ apparentia prout est in Ecclesia, est tanta, ut sit essentialiter signum verum; Non enim ea potuisset à Deo citrā maculā suæ veracitatis permitti, quin verificaretur id quod per ea signa Fidelibus apparent. Atque adeò hæc apparentia in ratione signi veri non est necesse ut includat aliquid à se distinctum.

40 Neque opus est ut ex hac parte semper varietur entitas Sacramentorum, quasi includat omnia ea signa & motiva sensibilia, per quæ rediturnicuique credibilis hic & nunc

& nunc ea institutio generalis  
Dei; sufficit enim si Sacramen-  
tum institutionem illam præ-  
teritam includat cum talibus  
circumstatijs, ut per eas huius-  
modi notitia redderetur propa-  
gabilis ad posteros humano  
modo, & per traditiones hu-  
manas. Quippe in hoc differt  
significatio Sacramenti ab ap-  
parentia mouente ad actum  
fidei, quod hæc apparentia  
debet esse proximè, & forma-  
liter cognoscibilis ab hoc ho-  
mene hic, & nunc, alioquin ea  
non posset mouere ad fidem;  
at Sacra menta non includunt  
 vim significatiuam omnino  
 proximam, & formalem, sæpè  
 enim Sacramentum ponitur  
 in ijs circumstantijs, in quibus  
 nemo est cui sufficenter possit

C 6 signi-

significari: Ex g. si furdus, vel  
inscius linguae baptizet puerū  
infantem nemine præsente; in  
quo casu illa verba nemini  
proximè significant, quia à ne-  
mine percipiuntur. Satis ergo  
est, si Sacramentum includat  
significationē radicalem, hoc  
est eiusmodi, quæ quantū est  
de se posset significare, & tra-  
here significationem proxi-  
mam si non dēesset præsentia,  
& cognitio sufficiens eorum  
quibus significaretur. Hæc ve-  
rò significatio radicalis habe-  
tur adæquate quoad generale  
institutionem diuinam per il-  
lam primam promulgatio-  
nem sufficienter factam in  
Ecclesia.

41 Obijcies cum recentio-  
ribus. Sacra menta includunt  
pro-

De Sacramen. Cap. II. 61  
promissionem, adeoque obli-  
gationem dininam; Deus ve-  
rò non obligatur per aliquid  
creatū. Ergo Sacra menta in-  
cludunt voluntatem Dei in-  
creatā. Quæ voluntas li-  
cet fuerit æterna, & ab æterno  
nulla fuerit creatura potēs ac-  
ceptare hanc Dei obligationē,  
ipse tamen Deus vt tutor, &  
princeps hominum fututorū,  
acceptauit à se hanc obliga-  
tionem nomine hominum.

42 Respondemus, Deum  
nemini posse obligari morali-  
ter, vt probauimus in libello  
*de Incarnatione n. 50.* posse  
tamen in aliquo sensu obliga-  
ri physicè etiam per aliquid  
creatū, posita enim promis-  
sione externa, implicat Deū  
non ponere rem promissam.

Cate-

Cæterum nulla Dei promissio  
est obligatio moralis, hoc est  
motiuum morale inueniens  
Deum aliòqui indeterminatū,  
ac liberum hic & nunc ad vo-  
lendum vel nolendum, & li-  
gans illum ad vnam partem  
ut contingit in hominibus.  
Promissio enim Dei seu exter-  
na, seu interna, oritur ex vo-  
luntate diuina non solū de  
promittendo, sed de adimplē-  
da re promissa (quippe Deus  
non potest velle vnum sine  
alio quod videt necessariò  
connexum cū illo) Et quidem  
non ex voluntate aliqua quæ  
præterierit, sed ex voluntate  
durante pro eo instanti pro  
quo res illa debet poni (cum  
voluntas Dei sit immutabi-  
lis, & duret per indiuisibilem  
æter-

De Sacramen. Cap. II. 63  
æternitatem ) ac proinde non  
obligat Deum, sed inuenit illū  
iam sponte sua obligatum, &  
determinatum,

43 Diximus tamen ibi,  
Deum obligari in ratione si-  
gni, præbet enim ea signa ex  
quibus nos habemus tantam  
securitatem de realiqa in no-  
strum bonum à Deo facienda,  
ac si ipse nobis obligaretur.  
Cæterūm hæc obligatio in ra-  
tione signi resultat ex ipsa pro-  
missione exteriori, quæ sola  
est nobis signum, & præbet  
nobis eiusmodi securitatem.  
Neque Theologi agnoscunt in  
Deo istas obligationes, & pro-  
missiones, nisi factas in hoc vel  
illo tempore Dauidi, Abrahæ  
&c.

44 Quòd si admittere-  
mus

mus, Deum posse moraliter  
obligari creaturæ, nullum es-  
set absurdum quod obligatio  
ipsa foret aliquid creatum; sed  
potius absurdum consistit in  
hoc, quod ipse terminus obli-  
gationis, & acquirens ex ea  
ius aduersus Deum, esset ali-  
quid creatum; tota enim in-  
ferioritas, si qua est, quam ha-  
bet obligatus, & promissor,  
non est respectu promissionis,  
sed respectu promissarij. Imò  
cū ius sit aliquid in dominio  
habentis ius, non potest ius  
creaturæ aduersus Deum esse  
aliquid increatum, aliò qui ali-  
quid increatum esset in domi-  
nio creaturæ. Quin etiam cùm  
res increatae ne in Dei quidem  
dominio possit esse, ius ipsum  
Dei suprà creaturas debet esse  
aliquid

De Sacramen. Cap. II. 65  
aliquid creatum, & denomi-  
nans eum in tempore Domi-  
num, ut dicunt communiter  
Theologi.

45 Rursus intentio mini-  
stri (quām infra probabimus  
esse necessariam) includitur  
in Sacramento, at non ut di-  
ximus intentio Dei dandi ef-  
fectum Sacramēti hic & nūc.  
Quāmuis enim videantur istē  
duae intentiones eodem mo-  
do requiri, cum alterutra subla-  
ta, deficiat Sacramentum; dis-  
paritas tamen est, quia totum  
signum exterius potest ponī,  
quin ponatur intentio ministri;  
quippe minister potest exhi-  
bere signum falsum suae inten-  
tionis, ac propter ea potest po-  
ni totum signum ab ea inten-  
tione contradistinctum, quin  
ponatur

ponatur Sacramentum. At nō potest poni totum signum cōpletum voluntatis diuinæ de dādo effectu Sacramenti, quin Deus habeat talem voluntatem, signum enim illud est infallibile, & essentialiter verum. Ergò habet rationem signi veri etiam secundum id quod contradistinguitur à voluntate diuina.

46 Obijciunt: intentio ministri est causa Sacramenti, ergò adæquate distinguitur à Sacramento. Sed cōsecutio est mendosa; nam etiam anima est causa efficiens membra viventis, per nutritionem, vel auctorionem, & tamen est pars intrinseca illius: & Christus est causa efficiens Sacramēti Eucharistiae, & tamen includitur in

in illo intrinsecè , ut cōstat ex  
sententia cōmuni Patrum , &  
videtur affirmari à Tridenti-  
no sess. 13. cap. 3. Et ratio est  
quia causa efficiens alicuius  
concreti , satis est si efficiat  
aliquam partem , ac præcipuè  
vltimum cōplementum ipsius  
concreti ; & idcirkò homo , &  
sol dicūtur efficere hominem ,  
quia efficiunt id quo comple-  
tur esse hominis , & faber effi-  
cit scānum , quia efficit illā  
figuram , quæ est complemen-  
tum scāni. Ergo sufficit ad  
causam efficientem alicuius  
concreti distingui ab vlti-  
mo complemento talis con-  
creti. Hoc modo intentio mi-  
nistri efficit Sacramentum ,  
hoc est efficit illas actiones ,  
per quas vltimò completur

Sa-

Sacramentū; & ab illis eadem  
adæquate distinguitur.

47 Obijciunt insuper; Cō-  
cilium Florentinum in instru-  
ctione ad Armenios, non enu-  
merare intentionem tanquā  
materiam aut formam Sacra-  
menti, sed tanquam aliquid  
requisitum distinctū ab vtra-  
que, & tamen omne concre-  
tū adæquate componitur ex  
materia, & forma. Sed hoc  
argumentum probaret ne cor-  
pus quidem Christi includi in  
Sacramento Eucharistiae. Nā  
ibi id nō enumeratur nec pro  
materia, nec pro forma Sacra-  
menti. Notandum est igitur, à  
Concilio non recenseri mate-  
riam, & formam in rigore  
philosophico, sed in communi  
modo loquendi, in quo mate-  
ria

*ria* dicitur aliquid antecedēs  
& per se indifferens, sensibile,  
& tractabile; *forma* verò illa  
vltima pulchritudo sensibilis,  
quæ dat rei denominationem.  
Et quoniā in Sacramento Po-  
nitentię non inueniebatur ali-  
quid tractabile, indifferens, ut  
suprà, ideo Concilium assi-  
gnat ibi actus poenitentis non  
pro materia, sed pro *quasi ma-*  
*teria*. Et quia multò minus in  
Sacramento matrimonij repe-  
riebatur aliquid tale, nullo mo-  
do assignat eius materiam, &  
formam. Cæterū intentio se-  
tenet ex parte formæ, hoc est  
verborum per quę ipsa inten-  
tio significatur: sicut corpus  
Christi se tenet ex parte mate-  
riæ, hoc est specierum quibus  
continetur.

Nec

48 Nec valet, Intentio ali-  
quando est peccaminosa; ergo  
nō includitur in Sacramento,  
quod totum est bonum, ut po-  
tè quod totum est locutio Dei;  
Respondemus enim, Deum  
non loqui in Sacramento per  
omnes partes, sed dedisce si-  
gnificationem locutionis vni  
parti in ordine ad eos casus,  
in quibus existeret alia pars.  
Quare non est necesse, Deum  
esse auctorem omnium eorū,  
quæ constituunt denominata-  
tionem locutionis diuinæ, sed  
satis est, si sit auctor illius par-  
tis, cui in recto conuenit de-  
nominatio *locutionis diuinæ*.  
Quæ responsio licet non requi-  
reretur ad saluandū quomo-  
do intentio sit pars cuiuslibet  
Sacramenti, est tamen neces-  
saria

saria ad saluandum quomodo  
peccata sint pars Sacramenti  
pœnitentiæ, quibus non com-  
missis, & alijs omnibus ma-  
nentibus, Sacramentum non  
poneretur. Distinximus qui-  
dem alibi sæpè locutionem  
humanam à diuina per hoc,  
quod prior includat multa se-  
cundum vim significatiuam,  
quæ non sunt locutio, quia  
vel non sunt posita à loquen-  
te, vel non ad finem mani-  
festandi suum conceptum;  
secus verò secunda. Id tamen  
intelligitur a nobis nō de qua-  
libet locutione diuina, sed de  
illa, quæ nos mouet ad actum  
fidei, quia hæc nunquam in-  
cludit formaliter peccatum,  
licet includat aliquando ap-  
parentiam, & notitiā alicuius  
peccati,

peccati, quæ apparentia, & no-  
titia in se est bona, ac proinde  
habet Deum auctorem: uten-  
tem illa ad finem manifestādi  
suum conceptum.

49. Iam de institutione,  
linguæ; Aliqui recentiores ita  
philosophantur, vt ea inclu-  
dantur quando forma Sacra-  
menti usurpatur in quibusdā  
vocibus, quas non habemus  
vt formam approbatā à Scri-  
ptura, vel Concilijs, secūs ve-  
rò in alijs vocibus, in quibus  
est eiusmodi approbatio. Posi-  
ta enim tali approbatione im-  
plicat contradictionem, eas  
voces non esse legitimam for-  
mam; ac proinde non habent  
indifferentiam tollendam for-  
maliter per institutionem p̄e-  
teritam linguæ.

Sed

50 Sed hæc doctrina ex pluribus reiicitur. Primo, quia illæ voces ante approbationem Ecclesiæ erant legitima forma Sacramenti, & habebant hoc per suam vim significatiuam antecedentem. Ergo per eandem id habent etiam postea. Nō enim est ratio, cur per eam approbationem fuerit mutatū aliquid, quantumvis materiae, intrinsecum Sacramentis. Præterea eiusmodi approbationes non extenduntur ad tempus futurum nisi ex suppositione quod duret vis, & significatio illius linguae. Fac enim, ita perire omnem intelligentiam illarum vocum, ut nemo sciat quid significet, an dices in eo casu, fore validas formas Sacramentorum?

D Ap-

Approbatio igitur illa Ecclesie  
non sufficit ad reddendas illas  
voces formas certas, nisi ac-  
cedat in nobis notitia de per-  
seuerante illarum vi signifi-  
catiua.

51 Quare sic existimo; In  
ratione Sacramenti non inclu-  
di præteritam institutionem  
linguæ, sed præsentem opinio-  
nem quam habent homines  
de significatione vocabulorū.  
Probatur prima pars, nam et si  
non præcessisset illa institu-  
tio linguæ, sufficeret præsens  
existimatio communis quæ es-  
set æquivalenter aliqua insti-  
tutio præsens, ad hoc ut illa  
verba essent signa horum con-  
ceptuum. Ergo illa præterita  
non requiritur. Probatur se-  
cunda pars, nam etiam posita  
illa

illa prima institutione, si nunc  
ita perijset eius notitia, vt  
non remaneret amplius hu-  
mano modo communicabi-  
lis, & propagabilis, iam illa  
verba essent in eodem statu, ac  
si nūquam obtinuissent signi-  
ficationem. Ergo illa institu-  
tio sine hac memoria non suf-  
ficit vt illæ voces dicantur *si-  
gna.*

52 Et confirmatur. Nam  
profectò multæ fuerunt lin-  
guæ, quæ antiquitùs vigue-  
runt in aliqua regione, & nūc  
penitùs interierunt; finge ali-  
quem fortè fortuna proferre  
tales voces, quæ in aliqua lin-  
gua æquiualuerint istis, *boc est*  
*corpus meum*, & proferre nunc  
has voces super aliqua hostia  
cum intentione consecrandi.

D 2 per

76 *Liber Sextus*

per eas si potest; quis putet,  
illam hostiam fore tunc con-  
secratam?

53 Et ratio à priori est,  
quia tota significatio verbo-  
rum prouenit ex obligatione  
non proferendi ea verba nisi  
quando habemus tale iudi-  
cium, ut latè explicaui in li-  
bello *de Fide* cap. 1. & 2. At  
cessate ea notitia cessat omnis  
obligatio, quia cessat omne  
periculum alieni erroris, quod  
est radix obligationis perseue-  
rantis. Ergo cessat omnis si-  
gnificatio.

54 Dices asseruimus, in-  
cludi in Sacramento non qui-  
dem credibilitatem quam  
habet institutio generalis Sa-  
cramentorum ex præsenti no-  
titia, sed quam habet ex vete-  
ri

ri promulgatione. Ergo idem dicendum est de institutione linguæ. Negatur sequela, & disparitas est, quia posita institutione præterita Sacramentorum, non potest nunc ista materia, & forma non esse verum signum gratiæ, licet per accidens id aliquando non sit sufficienter credibile. Credibilitas autem præsens nō est de essentia Sacramenti. Sacramētum enim debet esse signum verum, sed non est necesse, ut sit signum credibile. Et probatur. Nam Turca ex g. cui nō essent sufficienter proposita mysteria nostræ fidei posset validè baptizare puerum per verba ita æquiuoca, & in tali bus circumstantijs, ut ab alijs non esset prudenter credibilis

D 3 in-

intentio Turcæ. Ergo in eo ca-  
su daretur verum Sacramentū  
a nemine prudenter credibile,  
hoc est, neque à ministro, ne-  
que ab alijs. At deficiente no-  
titia præsenti de potest te vo-  
cum; voces ammitterent ipsā  
rationem signi, ac proinde de-  
ficeret essentia i Sacramenti.  
Sacramenta igitur habent qui-  
dem immutabilitatē in parti-  
bus cōtinentibus significatio-  
nem conditionatam, quæ spe-  
cūt ad institutionem genera-  
lem; at non in partibus conti-  
nentibus significatiōnem ab-  
solutam hic, & nunc, siue hæc  
significatio pertineat ad ali-  
quid physicum, vt contingit  
in materia, quæ passim pro-  
ducitur, & corrumpitur, siue  
pertineat ad esse morale, vt  
con.

contingit in significatione linguarum, quarum aliæ intereunt, aliæ inducuntur. Et hoc idem valet in esse morali quarumdam ceremoniarum, quæ sunt variabiles materialiter in Sacramentis; ut infra constabit de Sacramento Ordinis, & matrimonij.

### C A P V T III.

*An Sacra menta includant ens rationis: Vbi multa de ente rationis, & de definitione entium per accidens.*

ss **I**N Sacramentis non includitur ullum ens rationis; Vel enim id esset ens rationis fictitium, & sic non essent adæquate ens verum, &

**D 4** reale

reale, vel esset ens rationis  
fluens ab æterno à cognitio-  
ne, & voluntate diuina, & si  
hoc esset, daretur aliquod pro-  
ductum distinctum à Deo ab  
æterno. Neque obstat, nisi sa-  
cramentū accipiat unitatem  
ab ente rationis per quod cō-  
stituatur, non posse definiri,  
quia secundum Aristotilem  
entia per accidens non reci-  
piunt definitionem. Nam cō-  
tra est, quia, si hoc ita intelli-  
geretur, regula Aristotelis esset  
vana; quippe omnia entia per  
accidens constituerentur per  
ens rationis sicut Sacramen-  
tū, atque adeò essent eodem  
modo definibilia, & sic non  
verificaretur, entia per ac-  
cidens definiri non posse.  
Aliter ergo Aristotiles est ex-  
pli-

De Sacramen. Cap. III. 81  
plicandus. Et is porrò cū sen-  
tiret, obiectum scientiæ debere  
esse æternum, & incorruptibi-  
le, non putauit nisi de tali o-  
biecto posse dari definitionem  
aut demonstrationem, hoc est  
actus scientificos, ut disputat  
7. *metaph.* c. 15. Et quia ens  
per se necesse est ut semper exi-  
stat saltem alicubi, & in ali-  
quo individuo, secùsvero ens  
per accidens, ut potè quod est  
præter intentionem naturæ,  
ideò sola entia per se putauit  
posse definiri. Aliquando tamen  
accepit definitionem latius, &  
attribuit illā etiā entibus artifi-  
ciis libus; hæc enim sunt aliquo  
modo per se ut procedentia  
non à causa naturali, sed à  
causa intentionali, & defini-  
uit illa in ordine ad finem, ut

D. 5. ex

ex g. dum definiebat domum  
esse *vas conseruatum rerum*,  
*& corporū*. Vnaquæque enim  
res, sicut specificatur, ita ac-  
cipit definitionem, à fine.  
At ens per accidens nullum  
habet finem, aliòqui fieret ex  
intentione, & per se, ac proin  
de secundùm Aristotelem ne-  
que habet propriè causam. ne-  
que est propriè ens. Aliquan-  
do rursus vt 7. *metaph.* c. 4.  
concedit posse dari aliqualem  
definitionem etiā entis per ac-  
cidens (vt *hominis albi*, quam-  
quam minùs propriè quam  
*hominis secundum se*) vt potè  
quod habet veram entitatem.  
Cæterùm ait omnia ea, quæ  
aliquo modo sunt unum, &  
non per solā aggregationem  
partium vt *Ilias*, posse aliquo  
modo

De Sacramen. Cap. III. 83  
modo definiri, prout definitio  
differt à qualicumque expli-  
catione.

56. Hæc est doctrina Ari-  
stotelis, ex qua constat quo-  
modò Sacramentum definiri  
possit in eius sententia. Cæte-  
rū in rei veritate neque ullū  
ens præter Deum est simplici-  
ter necessarium, & indefecti-  
bile secundūm speciem, neque  
ullum est concretum ex par-  
tibus ita disparatis ut non pos-  
sit intendi ab agente intelle-  
ctuali, atque a deo esse esse.  
Etus per se respectu illius Et sic  
nullū ens est ita per accidens  
respectu causarum inferiorum  
& particularium, quod non  
sit per se, & ex intentione res-  
pectu cause supramæ, ut optimè  
ratiocinatur S. Thomas.

D 6 p. q. 106.

p. q. 106. art. 1. in corp. ac pro-  
inde ex neutro capite datur  
vllum ens indefinibile.

## C A P V T IV.

De materia, & forma Sacramē-  
torum in genere, & quomodo  
sunt inuariabiles; ubi multa  
præsertim de iurisdictione Sa-  
cerdotum ad absoluendum, de  
facultate delegabili simplici-  
bus Sacerdotibus ad confir-  
mandum, de Ordinatione  
Græcorum, & de impedimen-  
tis matrimonij statutis à iure  
positiō.

57 **A**ntiqui Patres no-  
mine formæ Sa-  
cramentorum sèpè intellige-  
bant formulam, & ritum,  
quo

De Sacramen. Cap. IV. 85  
quo illa peragebantur. At Cō-  
cilium Florentium quid in-  
tellexerit nomine materiæ,  
& formæ, explicatum est su-  
prà numero 47.

58 In Sacramentis requi-  
rentibus voces articulatas, hæ  
habent rationem formæ, non  
quia sint magis determinatæ,  
quam quæcumque alia pars  
ad constitutionem Sacramen-  
ti; Nam in Sacramento Eu-  
charistiæ magis determinata  
est præsentia corporis Christi,  
quam verba, ut pote quæ ex  
defectu vel materiæ, vel inten-  
tionis poni possent, quia dare-  
tur Sacramentū; Sed ideo vo-  
ces dicuntur forma Sacramen-  
torum, quia voces habent ma-  
gis determinatam significatio-  
nem humanam, quā aliæ par-  
tes.

tes. Voces enim inter homines  
habuerūt principatū significā-  
di, vt ait Augustinus; Quan-  
doquidem illæ solē sunt distin-  
cti. Et si mē imagines nostrorū cō-  
ceptuū, per ordinem ad quos  
conceptus omnis imago, &  
omne signum sortitur suam  
denominationem: ac proinde  
conceptus ipsi sunt primum  
analogatum in genere signi,  
& imaginis.

59 Dices, verba non esse  
partem Eucharistiae, quia, si  
Christus existeret ibi indepen-  
dēter à verbis, adhuc esset cau-  
sa gratiæ, ac propterea adhuc  
esset Sacramentum. Sed con-  
tra primò; nam non constat  
ex aliqua Dei promissione  
Christum ita existentem fore  
causam infallibilēm gratiæ. Il-  
la.

la enim promissio vite facta in  
Euangelio manducatis car-  
nem, & bibentibus sanguinē  
Christi, fortasse presupponit  
decretum nunquam exhiben-  
di hunc cibum, & potum nisi  
dependenter à verbis conse-  
crationis. Præte ea certè in eo  
casu non daretur Sacramen-  
tum, hoc est signum sensibile  
gratiæ exhibitum à Deo per ho-  
mines &c.

60 In Sacramento matri-  
monij supposita veriori, & cō-  
muniori sententia quod eius  
ministri sint ipsi contrahentes,  
non requiruntur voces articu-  
latæ, quia Deus noluit in eo  
requirere aliquid amplius quam  
exigat natura contractus, qui  
potest celebrari per quælibet  
signa; ne muti priuarentur  
hoc

hoc beneficio naturæ, & gratiæ. Hoc posito, valdè discep-  
tatur inter Scholasticos quid  
nam sit materia, & forma hu-  
ijs Sacramenti.

61 Nos distinguendum  
putamus, vel enim id quæri-  
mus in sensu Concilij Floren-  
tini, vel in rigore metaphysico.  
Si primum, forma in quolibet  
Sacramento sunt verba mini-  
stri, & quoniam in Sacramēto  
matrimonij minister est unus  
contrahens respectu alterius  
quatenus ille acceptat obliga-  
tionem istius adēque qua-  
tenus inducit obligationem  
in istum, ideo in sensu Concilij  
verba (loquor de verbis in lata  
significatione, prout hæc non  
restringuntur ad voces articu-  
latas) vniuscuiusque coniu-  
gis

gis quatenus sunt promissio,  
habent rationē materiæ, qua-  
tenus vero sunt acceptatio,  
promissionis alienæ, vel factæ,  
vel faciendæ habent rationē  
formæ. Acceptatio enim po-  
test etiam præcedere promis-  
sionem, ut habetur lege i. §.  
si quis iuncta glossa in cōstru-  
ctione casus ff. de verb. oblig.  
Sed quoniam talis promissio,  
& acceptatio sāpē inter se non  
distinguuntur physicè, sed tā-  
tum logicè, hoc est nō secundū  
entitatē sed secundūm prædica-  
ta separabilia; ideo deficiūt à  
ratione materiæ, & formæ, quā  
Cōciliū agnouit in alijs Sacra-  
mentis, ac proinde huius tan-  
tum Sacramenti materia &  
forma ibi non designantur.

62 Si autem loquamur in  
rigore

rigore metaphysico cēsemus  
verba primi loquentis habere  
rationem materiæ, & verba  
secundi loquentis habere ra-  
tionem formæ. Velenim secun-  
dus loquens scit præcedētem  
promissionem primi, & in hoo-  
casu ve- ba secundi loquentis  
habent ex circumstantijs sen-  
sum magis determinatum; si-  
gnificant enim volitionem  
matrimonij absolutam, & non  
tantum conditionatam, hoc  
est, *si alter velit, prout signifi-  
cant verba primi loquentis.*  
Vel singis neutrum scire an  
præcesserit consensus alterius,  
& tunc vtraque locutio habet  
hunc sensum; *si alter non con-  
sensit, vel non consentit nunc,  
volo matrimonium sub conditio-  
ne futura, hoc est si consentiet: si*

ve-

verò alter ex parte sua cōsensit,  
vel consentit, volo illud absolutè  
perficere hic & nunc. Et quoniā  
hoc postremum, hoc est, quòd  
alteri iā consenserit, verifica-  
tur de locutione illius qui est  
secundus loquens, ideo de fa-  
cto eius locutio habet rationē  
formę, vltimi, & perfectiū.

63 Si autem finxeris vtrū,  
que complete locutionem in  
eodem instanti, tunc coexi-  
stentia inter illa duo indiuisi-  
bilia completiua Sacramenti  
haberet rationem physicę for-  
mę, cæteræ vero partes præ-  
cedentes haberent rationem  
materiæ physicæ. Adhuc au-  
tem erit distinguibilis in sin-  
gulis actibus, & locutionibus  
actum experimentibus, mate-  
ria, & forma quædam logica,

vt

ut indicauimus agētes de ma-  
teria & forma in sensu Conci-  
lij Florentini. Quod ut expli-  
cetur, animaduertimus in eo  
casu, in quo vterque simul  
compleat locutionem, non fo-  
re validum contractū, si vter-  
que consentiat efficaciter sub  
hac conditione, *si alter consen-  
tit*. Nullus enim consensus ef-  
ficax, & vniuersè nullus ef-  
fectus potest neque mediatè,  
neque immediatè habere se  
ipsum pro conditione ad se  
ipsum. Quippe conditio, cum  
sit complementum causæ, de-  
bet contradistingui ab eo, ad  
quod est conditio. At si con-  
sensus efficax Petri ponitur sub  
conditione consensus efficacis  
Mariæ, ponitur proinde sub  
omni cōditione à qua pendet  
ipse

ipse consensus efficax Marie. Ergò si singas consensum efficacem Mariæ poni sub conditione consensus efficacis Petri, hic tandem ponitur sub conditione sui ipsius, quod implicat; atque adeò uterque consensus erit inefficax. Debent ergo singuli illi consensus ad hoc ut ambo sint efficaces, nō ponere pro conditione efficaciam alterius omnimodam, & ex omni capite, sed efficaciā, quæ excludat suspensionem, omnis alterius conditionis quam ipsius consensus mutui.

64 Quocircà duo significat illa cōmunitio quæ solet afferri tamquā sufficiens ad valorem: *volo quantum est ex me.* Primum est: *desidero hoc ita esse absolute, & simpliciter.*

Al.

Alterum: efficaciter id volo, si  
purificatur omnis conditio, qua  
hic & nunc non pendet a me.  
Huc autem accommodari possunt  
multa quae in simili diximus  
in libello de Incarnatione n.  
113. Hoc posito, illa prior pars,  
hoc est illud desiderium mere  
affectionum absolutum, sed de  
se non efficax habet rationem  
in determinati, atque adeo  
in materia: Illa vero posterior  
pars, hoc est, illa volitio efficax  
conditionata, cuius conditio  
purificatur per eiusmodi desi  
derium absolutum inefficax  
alterius contrahentis, habet  
rationem determinati, & for  
mæ: Quamuis enim singulæ  
eiusmodi partes possint æquè  
dari quin ponatur contractus,  
tamen prior se habet tamquam

ap-

appetitio quædā speculatiua,  
posterior verò tanquam pra-  
etica, & ex se ordinata ad in-  
ducendam obligationem, &  
perficiendum contractum.

65 De fide est, non solum  
omnia Sacramēta nouæ legis  
fuisse a Christo instituta, vt  
definit Trid. sess. 7. can. i. sed  
dari in illis aliquam substan-  
tiam, & essentiam immuta-  
bilē ab Ecclesia. Dicitur enim  
sess. 21. cap. 2. in Ecclesia fuis-  
se perpetuō potestatem vt in  
Sacramentorum dispensatio-  
ne, *salua illorum substantia*, ea  
statueret, vel mutaret, quæ  
magis expedire iudicaret. Hinc  
colligunt Scholastici cum S.  
Thoma materias, & formas  
Sacramentorum fuisse institu-  
tas à Christo, quod expedie-  
bat

96 *Liber Sextus*

bat nō modo ad stabilitatem, sed etiam, vt ingeniosi recen-  
tiores notarunt, quia hoc mo-  
do redduntur probabiles om-  
nes mysticæ, atque arcanæ si-  
gnificationes circà eiusmodi  
materias, & formas, vt potè  
quarum auctor præ summa sa-  
pientia nullam quantumvis  
abditissimam congruentiam  
in ipsis non vidit. Propter quā  
rationem tam sedulò cōmēn-  
tamur verba sacræ scripturæ  
præ definitionibus Conciliorū  
& Pontificum, quamuis hæ  
pariter sint infallibles. Nam  
illa priora tantum sunt verba  
Dei, cuius infinita sapientia  
reddit verisimile, fuisse inten-  
tum quodcumque arcanum  
mysterium in eiusmodi verbis.

66 Certum præterea est,  
Chri-

Christum ita constituisse ma-  
terias Sacramentorum, vt in  
varijs speciebus validè mini-  
strarentur, vt patet de vino  
albo, & rubro, de pane azimo,  
& fermentato &c. Sed hoc nul-  
lā probat indeterminationem,  
determinatū quippè est a Chri-  
sto in ipsa institutione Sacra-  
menti, vt in singulis eiusmodi  
speciebus validè consecretur.

67 Solet obijci primo cō-  
tra hāc immutabilitē in ma-  
teria, & formā Sacramento-  
rum, instantia ex Sacramento  
pœnitentiæ, in quo pendet ab  
arbitrio Ecclesiæ, vt idē Sacer-  
dos validè, vel inualidè absolu-  
uat, cū tamen non pendeat ab  
arbitrio Ecclesiæ, vt Sacerdos  
validè, vel inualidè consecret.  
Aliqui recētiores reddūt discri-

E men

mē, quia Ecclesia nō potest re-  
stringere auctoritatē ministris  
Sacramentorū, vt potē procu-  
ratoribus Christi, & ab eo mā-  
datū habētibus, & ideò nō po-  
test auferre Sacerdotifacultatē  
validē cōsecrādi. At absolutio  
est actus volūtariæ iurisdictio-  
nis, requirens vt is in quē exer-  
cetur, subdat se potestati talis  
iudicis: Hanc autē subditionē,  
inquiūt, vel absolutē, vel in or-  
dine ad talia peccata, potest ir-  
ritare Ecclesia, quippe cuius iu-  
risdictioni subduntur pœniten-  
tes, qui eligunt Confessarium.

68 Sed hæc doctrina non  
placet ex multis, & præcipuè  
quia ex ea sequeretur, præcisa  
omnisanctione Romani Pon-  
tificis posse Sacerdotem ex-  
communicatum, vel degra-  
datum

datum à suo Episcopo validè  
absoluere poenitentes eidem  
Episcopo non subditos, quip-  
pe quorum electiones non po-  
tuit ille Episcopus irritare.

69 Falsum verò est, quod  
supponitur in prædicta doctri-  
na, vnumquemquem Sacer-  
dotum habere à Christo fa-  
cultatem absoluendi omnes  
fideles ab omnibus peccatis  
quantū est ex se nisi hæc facul-  
tas ei specialiter limitetur. Nā  
si hoc esset omnis iuridictio  
Sacerdotum esset ordinaria,   
ac proindè minus propriè Flo-  
rentinum agens de ministro  
huius Sacramenti, diuisisset  
illam in ordinariam; & ex com-  
missione superioris, cui consentit  
Tridentinum sess. 14. cap. 7.  
Vt igitur colligere licet ex eo.

E 2 dem

dem loco Tridentini, Christus concessit cuilibet Sacerdoti ex vi ordinis facultatem absoluendi eos, qui à Summo Pastore mediatè, vel immediate eidem Sacerdoti subderentur, & in ordine ad causas respectu quarum subderentur: Quare materia huius Sacramenti est *peccatum subditi*, Pōtifex verò potest facere ut hoc prædicatum verificetur, vel nō verificetur respectu huius, vel illius peccati, & sic, quod tale peccatum euadat, vel nō euadat materia proxima absolutionis ab hoc Sacerdote importiendæ. Quod apertè docuit S. Thomas q. Cont. Gent. c. 72- vers. *oportet*, & in fine capititis ubi totam potestatem absoluendi refert ad claves com-

*De Sacramen. Cap. VI. 101*  
commissas Petro, vt pote per  
cas deriuatam ad alios.

70 Ex hoc autem exem-  
plo licet statuere regulam vni-  
uersalem ad soluendas obie-  
ctiones quæ fiunt super muta-  
tione materiæ, & formæ in  
Sacramentis. Aliquando e-  
nim materia constituta est  
est secundūm esse physicum à  
Christo; & tunc non potest  
reddi inepta nisi sublato eodē  
esse physico; ita contingit in  
pane, vino, oleo, aqua &c.  
Aliquando constituitur secū-  
dūm esse morale, vt patet in  
vocibus, quæ conficiunt Sa-  
cramenta, non quia sint hi,  
vel illi soni physici, sed quia  
habent hanc vel illam signifi-  
cationem, & tunc ille potest  
reddere materiam, aut formā

E 3 aptam

aptam, vel ineptam, qui potest dare, vel auferre eiusmodi esse morale. Ita potest aliqua Respublica etiam infidelium reddere aliquos sonos formam aptam consecrationis, si tribuat illis significacionem quam exigit Christus in verbis consecrationis. Aliquando autem hoc esse morale pendet ab ordine. Ut ex g. materia confirmationis, vel extremae unctionis est chrisma, vel oleum benedictum ab habente ordinem Episcopalem. In qua tamen benedictione non administratur Sacramentum, nec enim ponitur aliquod signum infallibile gratiae, sed tantum præparatur materia Sacramenti, quamuis dependenter à charactere accepto per

per Sacramentum; sicut ex eadem ratione Summus Pontifex dum deputat Sacerdotem ad confessiones, non ministrat Sacramentum, licet agat per facultatem acceptam a Christo, & dependenter a charactere accepto per baptismum, sine quo non posset id facere. Quare probabilius existimamus, Episcopum ita benedictentem chrisma, vel oleum in peccato mortali quamuis extra casum necessitatis, non peccare.

71 In administratione autem Confirmationis requiritur illud esse morale quod resultat vel ex charactere Episcopali ministri, vel ex charactere Sacerdotali simul cum delegatione Summi Pontificis.

E 4 quam

quam disiunctiuā probat multiplex, & frequenstraditio Ecclesiae Occidentalis à Concilijs approbata, quin et iā usus Ecclesiae Orientalis. Id verò fuit rationi consonum, quia ex una parte Confirmatio nō est æquè necessaria, ac Baptif. mus, & constituit in superiori gradu huius militiæ, ideo eius minister ordinarius debuit esse altior, quām minister ordinarius baptismi; ex alia parte in regionibus barbarorū ubi non sunt Episcopi, par fuit ut hoc Sacramentum posset per inferiores ministrari arbitrio Sūmi Pastoris. Hæc verò delegatio non censetur facta vlli Sacerdoti inferiori per quamcūque plenissimam potestatem generalem concedentem ei omnia

omnia munera episcopalia, ;  
Id enim intelligitur de mune-  
ribus episcopalibus tum secū-  
dū facultatem iurisdictionis,  
tum de iure humano, non ve-  
rò de muneribus episcopa-  
libus & secundum facul-  
tatem Ordinis, & de iure di-  
uino.

72. Simile esse morale su-  
stulit Ecclesia constituendo  
noua impedimenta dirimen-  
tia matrimonij, & reddendo  
de illius essentia præsentia Pa-  
rochi, & testium. Cum enim  
Christus eleuasset ad ratio-  
nem Sacramenti contractum  
matrimonij legitimum, potuit  
Ecclesia facere, ut certa quæ-  
dā prædicta positiva, vel ne-  
gativa requirerentur ad hunc  
contractum legitimum, adeò-

E S que

que inmediatè ad Sacramentū. Obijces, contractum matrimo-  
nij, & Sacramentum non di-  
stingui realiter, ac proinde  
quidquid inmediatè exerce-  
tur circà vnum, exerceri im-  
mediatè etiam circà aliud; Re-  
spondemus, contractum hunc  
distingui à Sacramento, sicut  
*homo ab homine albo*, quamuis  
enim rectū vtriusque sit idem,  
adèque non distinguantur  
numero, tamen esse vnius ali-  
quid addit sàprà esse alterius,  
ut frequenter loquitur Aristó-  
teles. Cùm ergo contractus  
matrimonij ex sua natura nō  
esset Sacramento collatiū  
gratię Christus ex sua promis-  
sione cœxit contractus ma-  
trimonij legitimos fidelium  
vt essent Sacra menta, & con-  
ferrent

ferrent gratiam. Ab hac au-  
tem Christi promissione exi-  
mit indirectè Ecclesia eos con-  
tractus quos illa facit esse ille-  
gitimos, ac proinde mediataè  
impedit ne sint Sacra menta.  
Quemadmodum si Rex attri-  
buit aliquod priuilegium om-  
nibus Consulibus legitimè ele-  
ctis in aliqua Ciuitate, non  
dicitur Senatus illius Ciuita-  
tis adimere alicui immediataè  
priuilegiū Regis per hoc quod  
inducat aliquas solemnitates,  
ratione quarum nō euadant  
legitimi Consules qui aliò-  
quin euaderent.

73 Congruens fuit, ut cō-  
stituere impedimenta dirimē-  
tia matrimonii spectaret tan-  
tummodo ad Ecclesiam ex  
duplici ratione. Altera est que

E 6 colligi

108      *Liber Sextus*  
colligi potest ex S. Thoma 4.  
cont. Gent. cap. 78. quia Chri-  
stus eleuauit matrimonii fi-  
delium à mero officio Naturæ  
propagatio terrestris Reipu-  
blicæ ad instrumentum gra-  
tiae in ordine ad replendam  
Rempublicam cœlestem. Ergo  
fuit conueniens, ut eius dire-  
ctio, & moderatio spectaret ad  
eos quos Christus reliquit in  
terræ Vicarios sibi in munere  
promouendi genus humanū  
ad Rempublicam cœlestem.  
Altera congruentia est, quia  
matrimonium ut contractus  
merè naturalis nō videtur ha-  
bere indissolubilitatem illam  
omnium modum, quam habet ex  
mystica significatione coniū-  
ctio Christi cum Ecclesia,  
& diuinitatis cum humanita-  
te,

te, quam significationem illi  
indidit Deus dum illud eleua-  
uit ad rationem Sacramenti.  
Hoc posito non fuit conue-  
niens ut libertas nubendi pos-  
set arctari propter fines poli-  
ticos, secundum quos spectat  
moderari Rem publicam ad  
principes sacerdotes, ne hinc  
oriretur magnum periculum,  
vel fornicationis in innuptis,  
vel adulterij in coniungibus,  
adeoque ingens discriminis  
æternæ damnationis: sed de-  
buit pertinere ad Ecclesiam  
examinare, nū omnibus pen-  
satis aliqua certa restrictio hu-  
ius libertatis in his vel illis  
casibus expediat, an obsit, in  
ordine ad salutem æternam.  
Neque id perturbat iurisdictio-  
nem principum sacerdotalium,

quippe

quippe ijs non est interdictum  
condere quascumque leges  
æquas, & iustas super succes-  
sionibus bonorum exclusis ali-  
quibus quamuis legitimè na-  
tis, nisi nascatur ex talibus cer-  
tis parentibus & ex tali certo  
cōnubio. Cæterū vel paren-  
tibus, qui tamen longè sunt  
Principibus amātores, negata  
fuit hæc potestas arētandiva-  
lida coniugia natorum; Et  
Conciliū Tridentinū sess. 24.  
(quāquā extra doctrinā cano-  
nū) anathemate damnat ne-  
gantes valere coniugia filio-  
rū sine consensu parentum.

74 Parirer, esse quoddam  
morale, est illud, per quod  
certæ ceremoniæ in Ecclesia  
consuetæ habent ut sint signi-  
ficatiuæ potestatum, & chara-  
cterum,

sterum, quæ tribuuntur in ordinatione, Ideò non obstat & si super his est aliqua materialis differentia inter Ecclesiam Latinam, & Græcam, aliasque cum Gærcia conuenientes. Ordinationem enim Græcorum esse validam videntur certum. Primò quia in eorum ritus diligentissimè inquisitum est à Concilio Florentino, vbi inter cæteros aderant Cardinalis Bessarion, & Isidorus Græci, ac doctissimi, & Græcorū sacrorū peritissimi. Et tamen Concilium cum de Sacramētis ex professo exposuerit, & multa vniuersè Græcis iniunxerit, nihil super his immutandum iussit, sicut profectò iussisset si ritus illi Græcorum vitiarent for-

mam.

mam: Nam ab eiusmodi ritu-  
bus pendebat validitas quin-  
que Sacramentorum: Neque  
curauit, Bassarīnem, aliosque  
Græco ritu ordinatos, & pas-  
sim sacra ministrantes iterum  
ordinari saltem sub conditio-  
ne, ut in re dubia oportuisset.  
Secundò quia spectat ad pro-  
uidentiam Dei non permitte-  
re, ut tanta fidelium pars per-  
tot sæcula bona fide careat  
vera notitia Sacramentorum,  
& veris Sacramentis ad salutē  
necessarijs. Quod axioma nisi  
admittatur, poterimus dubi-  
tare, ne forte ex defectu intē-  
tionis in uno, vel pluribus mi-  
nistris ita à principio vitiata  
sint Sacra menta, ut hoc vitiū  
successiū manauerit ad innu-  
meros; & omnis forè validus  
ad.

administratio Sacramentorū  
præter baptismum , & matri-  
moniū in Ecclesia erit morali-  
ter incertissima . Tertiò quia  
hic defectus effet per humanā  
diligentiam immedicabilis .  
Cum enim plures ex Latinis  
Sacerdotibus , vel Episcopis  
mediatè , vel immediatè fue-  
rint ordinati ab aliquo ordina-  
to per ritum Græcum , quan-  
tumuis Græci omnes reordi-  
nari , & ritum mutare iuberent  
tur , adhuc omnis ordo in  
præsentibus , & futuris rema-  
neret ambiguus , quod tanto  
magis ostendit obligationem  
diu in æ prouidentiæ de hoc ab-  
surdo non permittendo .

75 Ex alia parte facile  
soluitur difficultas . Certum  
enim videtur , Christum non  
obli-

obligasse ordinationē his de-  
terminatis ceremonijs, quas  
adhibet Ecclesia latina. Nam  
Diaconi fuerunt ordinati ante:  
quā extaret liber Euangeliorū,  
per cuius traditionem nunc  
ordinantur, & pleraque ex ijs  
muneribus, quæ nunc assignā-  
tur Clericis Sacerdote inferio-  
ribus in sacrificio Missæ, & quo-  
rum munerum illæ ceremo-  
niæ sunt designatiuæ, pendēt  
ex iure humano, non ex insti-  
tutione diuina.

76 Reliquum est decerne  
re vniuersè, quæ nam muta-  
tio in rebus, aut verbis consi-  
stat cum valore Sacramento-  
rum. Certum est, nullam va-  
lidè fieri mutationē in rebus,  
aut verbis designatis à Christo;  
nam Christus illis affixit Sa-  
cra-

cramentorum effectum. Sed quoniam nobis non planè cōstat quantam latitudinem rerum, & verborum Christus instituerit, & ex alia parte scimus validè adhiberi eas res, & voces, quibus Ecclesia vtitur, ideo regula practica solet dari, vt mutatio accidentalis in eiusmodi rebus, aut vocibus non vitiet, substantialis vitiet. Hæc tamen regula si intelligat *substantialem mutationem*, hoc est *essentialem Sacramento*, explicat idem per idem; si verò intelligat *substantialem physicè*, asserit falsum; Nam fortasse massa cruda non differt substantialiter physicè à pane, & tamen non esset valida materia consecrationis; Et ex alia parte, licet daremus, panem fer-

fermentatum physice differre  
quod ad substantiam ab azimo,  
& licet Ecclesia illum non per-  
mississet Græcis pro materia  
consecrationis, sicut non per-  
misit Latinis, adhuc esset ma-  
teria valida.

77 Cum ergo id totū pe-  
pēderit ex arbitrio Christi Apo-  
stolis, & Ecclesiæ notificato;  
ideò prima regula est ut mate-  
ria valida censeatur quæcum  
que fuit aliquando adhibita  
vel ab Ecclesia vniuersali, vel  
à particulari consentiente vni-  
uersali. Præterea cùm Christus  
ut homines facilius instrue-  
ret, non tam desumpserit si-  
gnificationem Sacramentalē  
ex physica rerū natura, quām  
ex usu quem res habent in-  
ordine ad homines, ideò quo-  
ties

De Sacramen. Cap. IV. 717  
ties adhibetur materia, quæ  
in vſu humano censeatur mo-  
raliter eadem ac illa quam  
Ecclesia adhibet, Sacramentū  
existimatur valide confici; In  
dubio autem Sacra menra sūt  
iteranda sub conditione.

### C A P V T V.

*Qualisnam, & quanta va-  
riatio, additio, contractio,  
aut corruptio verborum qui-  
bus Ecclesia viit, consistat  
cum valore Sacramenti.*

78 **H**oc de rebus, iam  
de verbis. Non  
modo certum est, verba syno-  
nima in omnibus linguis esse  
formas validas Sacramento-  
rum; sed etiam non plane sy-  
nonima, hoc est non substitu-  
ta

ta eisdem planè conceptibus.  
Cum enim Christus voluerit  
ut Sacra menta possent usurpa-  
ri in omni idiomate, et cum  
sepè unū idioma non habeat  
vo ces planè equivalentes vo-  
cibus alterius/ ut patet ex dif-  
ficultate conuertendi aliquā  
scripturam ex uno idiomate  
id aliud ) necesse fuit ut tanta  
latitudo concederetur in voci  
bus, quanta sufficit ut omnes  
lingue possint suppeditare vo-  
cabula ad valorem Sacramen-  
torum sufficientia. Propter  
hanc rationem, licet vox *ba-*  
*ptizo*, *hoc est*, *lauo*, *qua* utitur  
Ecclesia, non sit synonima  
harum, *ingo*, *immergo* &c. ta-  
men quia h̄e habent signifi-  
cationem valdè affinem illi,  
adèque promiscuè solent in-

varijs linguis usurpari, ideo va-  
lidè censemur ad baptizandū.

79 Ex his solui potest spe-  
culatiuè quæstio nuper excita-  
ta: an baptismus adhilitus nu-  
per à Neophytis in Regno  
Tūchinēsi fuerit validus. Duo  
enim opponebantur. Alterum  
est, in ea lingua *nomen* non si-  
gnificare *auctoritatem*, seu *vir-  
tutem*, qualem significationē  
censemur habere in forma ba-  
ptismi, sed vel *appellationem*,  
vel *famam*. Alterum est in ea  
lingua non esse distincta voca-  
bula numeri singularis, & plu-  
ralis, sed, voces per se indiffe-  
rentes determinari ad signifi-  
cationem singularem, vel plu-  
ralem ex numero eorum qui-  
bus ipsa nomina iunguntur.  
Quare in ea lingua vox illa

in

120 *Liber Sextus*

*in nomine*, adiuncta tribus per-  
inde valet ac *in nominibus*. quę  
locutio inualidē adhiberetur  
in baptismo, quippe non ser-  
uans significationem Vnitatis  
in Trinitate, vt Theologicō-  
muniter docent. Sed quamuis  
hęc possent reddere hunc bap-  
tismū fortasse incertum, adeò  
quę practicē iterandum sub  
conditione, speculatiuē tamen  
censemus illum validum.

80 Nam quantum spe-  
ctat ad priuam difficultatem,  
non est esseentiale ad baptismū  
vocabulum tantę efficacitatis  
quantę est illud *in nomine*. Ete-  
nim nos ipsi in lingua propria  
latina non habemus vocem  
synonimam respondentem  
significationi Ecclesiasticæ  
huius vocabuli. Ex alia parte,

vt

vt dixi conueniens fuit, ne pro  
linguarum varietate, & noui-  
tate difficultis redderetur usus  
Sacramentorum, & arctaretur  
via salutis. Propter quam ra-  
tionem, vt aduertit S. Tho-  
mas 3. p. q. 60. art. 5. ad 3. res  
quarum usus est necessarius in  
Sacramentis, vel communiter  
habentur, vel paruo studio adhi-  
bito haberri possunt. In baptismo  
autem, ut potè cuius necessi-  
tas est summa, & communis-  
sima, docet q. 66. art. 3. in cor-  
pore, id circò fuisse institutam  
pro materia aquam, inter om-  
nes liquores facillimè reperi-  
bilem. Accedit quod illa vox  
in nomine, ne apud nos qui-  
dē, vt indicaui, habet origina-  
riè tantā significationē, nomen  
enim importat, id per quod a-

F liud

liud noscitur, & ita deducitur  
a noscendo sicut flamen a flando,  
tegmen a tegendo &c. Sed quo-  
niam qui agit ex alterius au-  
toritate, & virtute solet illum  
nominare, & facit illū cognos-  
ci, ideo vox illa adoptauit hāc  
aliam significationem, *in virtu-  
te ex auctoritate &c.* Hoc posi-  
to eamdem significationem  
potuit adoptare in lingua Tū-  
chinensi; & eam adoptasse  
censetur posita intentione lo-  
quentium: quam intentionem  
concurrisse quis dubitet, quan-  
do baptizantes intendebant  
perficere baptisma omni me-  
liori modo, & loqui in eo sen-  
su, quem intendebant eo-  
rum instructores, & cathē-  
chistæ?

81 *Quantum verò spe-  
ctat*

Etat ad alteram difficultatem notandum est, non requiri ad baptisma illam vocem *in nomine* ita cōtractam ad significationem singularem, ut nō sit æquiuoca etiam ad pluralem præcisis intentione loquētis, & circumstantijs. Docent enim Theologi posse baptizari per hæc verba *in nomine Patris, in nomine Filij, & in nomine Spiritus Sancti*: In quo casu illa repetitio est æquiuoca, & determinatur ab intentione loquentis ad significandum vnum nomen trium, & non tria nomina, hoc est tres virtutes, & auctoritates diuersas. Quamuis ergo in lingua Tunchinensi voces sint indeclinabiles, & modificant significationem à numero illarum re-

rum quibus adduntur, tamen  
si aliundè constet, significatū  
illius vocis esse idem respectu  
multorum, adhuc retinebunt  
sensum numeri singularis. Por-  
rò si quis in ea lingua diceret:  
*Pater Esau, & Iacobi*, quis ne-  
get, posse significari per id  
vnum Patrem, & non plures?  
Cum ergo hanc significatio-  
nem singularem & admittat  
idioma, & exigat veritas  
objeci, ac intentio loquentiū,  
porrò nil deest ad substan-  
tiā formæ Sacramenti.

82 *Diximus de vocatione*  
mutatione, iam de corruptio-  
ne. *Afferimus verò tantam*,  
& non maiorem corruptio-  
nem verborum consistere cū  
valore Sacramenti, quanta,  
non adimit significationem  
verbis

De Sacramen. Cap. V. 125  
verbis , & obligationem vera-  
citatis in communi hominum  
consuetudine. Scilicet hoc ipso  
quod instituitur aliqua lin-  
gua , necesse est propter rudi-  
tatem , balbutiem , & negli-  
gentiam populi loquentis , ut  
significatio quæ primariò tri-  
buta est vocibus castigatis, se-  
cundariò transferatur etiam  
ad eas voces in quas primum  
est castigatas vitiari: aliòquin  
institutio linguæ , & obligatio  
veracitatis esset ferè inutilis  
in Republica . Hoc idem ergo  
valet in formis Sacmentorū,  
quia verè voces illæ ità corru-  
ptæ retinent significationem  
vocum incorruptarum , ideo  
benè responsum à Zacharia  
Pontifice in cap. retulerunt  
de consecrat. dist. 4. eum qui

F 3 ex

ex imperitia latini sermonis, &  
non hæresim, aut errorem in-  
troducens, baptizauerat *in*  
*nomine Patria, & Filia, & Spi-*  
*ritus Sancta*, verè baptizasse,

83 Non tamen verum  
est quod inde plures colligūt,  
quoties minister mutat con-  
sueta verba propter hæresim,  
quam animo gerit, vitiari Sa-  
cramentum. Alioquin vitiosa  
esset forma hæreticorum Græ-  
corum, baptizatur seruus Chri-  
sti &c. ideo enim eā adhibēt,  
quia putant formā latinorum  
esse irritum. Sed verba Zacha-  
riæ faciunt hunc sensum; quod  
si ille Sacerdos pronunciauit  
itā corruptè non ex intentione  
hæreticā quasi putans perso-  
nas diuinās esse fœminas, &  
imperfectas, sed ex mera igno-  
rantia

rantia sermonis, euidens coniectura est, eū habuisse in animo verā significationem; quod erat necesse ad hoc ut verba illa corrupta, ac proīde æquiuoca, essent forma valida.

84. Qui ideò usurpat aliqua verba vtrā necessaria ad Sacramentum, quia putat ea verba esse de forma, vel è contrario, qui existimat non esse de forma aliqua ex ijs quæ profert, & quæ re ipsa sunt, nō semper idcīrcō vitiat Sacramentum: aliòquin non solūm consecratio Græcorum putantium verba illa *quod pro vobis tradetur* esse de forma, foret ininualida, sed idem vitium esset frequens inter Catholicos propter dissidentes in hac re Scholasticorū sentētias. Tunc

F 4 ergò

ergò vitiatur Sacramantum , quando vel id quod falso existimatur non esse de forma , pronunciatur non tanquam à procuratore Christi ; vel id quod falso creditur esse de forma , & ideo additur veræ formæ , ita pronunciatur ut minister practicè intendat non ponere effectū Sacramenti nisi post illam additionem . Nam in utroque ex his casibus deficit necessaria intentio ; In primo quidem , quia tunc verba necessaria non dicuntur nomine Christi ; In secundo , quia non est intentio ponendi effectum Sacramenti in eo instanti in quo Christus concessit suis procuratoribus illum ponere , sed differendi ad aliud instans ad quod Christus

stus non concessit illud differ-  
re. Nec enim voluit effectum  
Sacramento pendere à condi-  
tione futura, ut dicemus in  
loco.

85 In verbis Sacramen-  
talibus potest fieri aliqua  
coarctatio. Cùm enim sint  
quædam voces, quæ ex lege  
idiomatis non possunt enun-  
ciari nisi quando congruunt  
cum significatione quarum-  
dam aliarum vocum, ideo  
illæ priores ex usu linguae pe-  
rinde valent solæ, ac iunctæ  
cum posterioribus. Ex g. *bap-*  
*tizo*, non significat ut cumque  
exercitium baptizandi, sed il-  
lud dependens à loquente, &  
pro tempore pro quo loqui-  
tur, quia est vox non usurpa-  
bilis, nisi quando posset con-

F 5 jungi

iungi cum his alijs *Ego & nunc*; ideo perinde est efficax ac illæ tres, *ego nunc baptizo*, quæ tamē si pronunciaretur, concurrerent omnes ad effetum Sacramenti.

86 Non ideo quælibet coarctatio esset valida. Nec enim si in aliqua lingua substitueretur quæpiā vocula ad significandā integrā formam cōsecrationis, vel absolutionis, sicut aliquādo sit in cōpendijs litterarum, & fiebat in antiquis siglis Romanorum, non, inquam per illam voculam, validē consecraretur. Quippe ea vocula non esset habilis, ut pro humana, & communis tarditate audientium excitat de præsenti omnes illos cōceptus, quos excitat forma, quæ

De Sacramen. Cap. V. 131  
quæ adhibetur ab Ecclesia.·  
Facilius retineretur validitas  
cum productione sermonis.  
Sicut enim ex tribus sonis per  
se nihil significātibus, hoc est,  
ex tribus syllabis, componitur  
vox exprimens hunc conce-  
ptum *baptizo*, quid ni posset  
componi ex decem, aut pluri-  
bus? modò non effet talis lon-  
gitudo, quæ in fine induxit  
obliuionem initij, atque  
adeò propositio integrā com-  
muniter percipi non posset.

**DE**

F 6 CA-

## C A P V T. VI.

*De necessitate intentionis Mi-  
nistri, ubi latè de necessitate  
intentionis in genere ad in-  
ducendam obligationem acti-  
uam, vel passiuam quando  
agitur vel cum Deo, vel cum  
hominibus.*

87 **C**ertum est ex Flo-  
rentino, & Tri-  
dentino requiri intentionem  
saltem faciendi, quod facit Ec-  
clesia. Nec sufficit voluntas  
seriò exequendi illam actio-  
nem exteriorem; Quidquid  
sit an sit probabile, Deū sem-  
per supplere quando ex frau-  
de occulta ministri vitiaretur  
Sacramentum. Ceterū in-  
Tri-

Tridentino sess. 14. cap. 6. dicitur absolutionem non esse  
validam si Sacerdoti animus ser-  
riò agendi, & absoluendi desit.  
Non habet verò animum ab-  
soluendi, qui quantum est ex  
se vult peccatorem non esse  
absolutum. Ex hoc autem  
Sacramento valet illatio ad  
cætera.

88. Aliqui idem probant,  
quia aliòquin si obstetrix la-  
uans infantem diceret, *ego te*  
*lauo in nomine Patris &c.* etiā  
sine animo baptizandi bapti-  
zaret: & alia similia exempla  
inculcant. Sed hæc ratio non  
vrget. Primo quia nunc illa  
obstetrix non habet animū  
formaliter faciendi actionem  
illam exteriorem, quam facit  
Ecclesia, quem saltem animū  
requiri

requiri fide constat; hoc est  
non haberet animum facien-  
di illam actionem, quia sit ab  
Ecclesia, & prout sit ab Ec-  
clesia, sed faciendi specificati-  
uè illam actionem quæ sit ab  
Ecclesia. Prætereà cùm verba  
in illis circumstantis essent æ-  
quiuoca, nil mirum si debe-  
rent determinari in sua signi-  
ficatione ab intentione loquē-  
tis; quod tamen non contin-  
git in verbis ita prolatis ut  
nullus sit locus æquiuocatio-  
ni prudenter suspicibili, ut di-  
ximus in libello *de fide* cap. 2.  
Et videtur paritas etiam in ra-  
tione. Nam cùm verba sunt  
æquiuoca, tunc & audiens,  
& is, cui ministratur Sacramē-  
tum imputet sibi si ea intel-  
lexit in uno sensu determina-

to,

De Sacramen. Cap VI. 135  
to, & non curauit æquiuocationem tolli; At ubi nulla est  
æquiuocatio, videretur male  
consultum indemnitati inno-  
centis si eorum significatio  
ex inscrutabili intentione  
penderet.

89 Verior ergo ratio hu-  
ius rei est, quia *minister Sacra-  
menti* ideo talis dicitur, quia  
agit ut minister Christi secun-  
dum illud Pauli, *sic nos existi-  
met homo ut ministros Christi,  
& dispensatores mysteriorum  
Dei*. Nemo autem validè agit  
ut minister alterius, quin ha-  
beat intentionem agendi ut  
talis. Hanc regulam aliqui in-  
geniosi recentiores limitarunt  
ad solos ministros Dei quippe  
videntis in corde, adeòque  
scientis quandonam eius pro-  
cura-

curator vuult illum obligare,  
& quando nō. Secus verò aiūt  
euenire in ministro hominū,  
vtpote quorum obligatio non  
potest pendere ab occultā  
voluntate ministri, & ideo in-  
ducitur per signa exteriora e-  
tiam sine animo exhibita. .  
Quod idem aiunt contingē-  
re in omni concessione, iussio-  
ne, dispensatione &c. in qua  
non obligetur directe ipse lo-  
quens; Quando enim agitur  
de inducenda obligatione in  
se ipsum, valet, inquit, ea-  
dem ratio ac de illa inducen-  
da in Deum: quippe vnicui-  
que patet intentio propria.

90 Sed hæc limitatio re-  
jicitur primò ex communī cō-  
sensu iurisperitorum, qui om-  
nem legem, & contractum  
defi-

definiuerunt per voluntatem,  
& consensum, non autem per  
signa voluntatis, aut consensus.  
Ergo sublata voluntate in nul-  
lo casu datur lex aut contra-  
ctus. Prætereà ex eadem do-  
ctrina, sequeretur, induci ve-  
ram obligationem in madan-  
tem etiam si procurator lo-  
queretur in amentia, vel tan-  
quam psittacus, dum modò id  
exterius constare non posset.  
Tertiò cessat omnis ratio di-  
scriminis allati, nam si res at-  
tentè cōsideretur quælibet obli-  
gatio, vel concessio respicit  
Deum, qui videt in corde. Ete-  
nim ex doctrina quam tradi-  
dimus in libello *de Actibus hu-*  
*manis*, & in qua nobiscum  
conueniunt isti recentiores,  
voluntas inducens, vel remo-  
uens

uens obligationē, tādē resoluitur in hoc obiectū; *volat hanc aetionē, si fiat, displicere Deo vel nō displicere Deo.* Qui Deus tūc accommodat suā complacentiā ad voluntatē potestatis creatræ. Ergo æqua est ratio in omnibus casibus, cur non inducatur aut auferatur obligatio. Denique cum procurator non magis possit obligare mandantem, cuius personam repræsentat, quām ipse mandans se ipsum; si hic non potest se obligare per sola signa externa, utique nec per ea procurator eum obligabit.

91 Aliqua tamen sunt concedenda, ex quibus oritur æquiuocatio rationum sententiæ oppositæ. Primum est, posse Petrum obligari Francisco sub

De Sacramen. Cap. VI. 139

sub hac conditione, si Ioannes  
priesterit quomodocumque talia  
verba externa: At hoc non  
est constituere Ioannem pro-  
curatorem, sed perinde se obli-  
gare ac si diceretur, promitto ti-  
bi centum si Ioannes saltet, in-  
quo casu Ioannes saltando nō  
agit ut procurator promitten-  
tis. Secundò concedendum  
est, quoties procurator obtu-  
lit signa externa sufficientia  
ad exprimendum animum o-  
bligandi suum mandantem,  
toties in mandante resultare  
obligationem proximam ortā  
ex falsa præsumptione, sed nō  
obligationem remotam, &  
radicalem. Quòdcircà tenebi-  
tur quidem soluere, sed si po-  
stea ex Dei reuelatione sciret  
fictionem sui procuratoris, pos-  
set

140 *Liber Sextus*

set tuta cōscientia occulte si-  
bi cōpensare quantum soluit,  
quatenus tamen alter ex eius  
solutione factus est ditior.

92 Tertiō concedendum

est, fictum promissorem tene-  
ri non ex contractu, sed ex de-  
licto ad reparanda omnia da-  
mna, quæ orta sunt alteri ex  
sua fraude. Et quoniam hæc  
damna in eo sita sunt, quod  
alter non acquisiuerit ex con-  
tractu ficto illud ius, quod de-  
bebat acquirere si fictus pro-  
missor bona fide egisset, ideo  
plerumque tenetur ad illud  
idē, ad quod teneretur ex vera  
promissione; & propterea vi-  
detur obligatus ex promisso-  
ne, licet non sit.

93 Discrimen tamen in  
multis casibus appetet. Primò  
quan-

De Sacramen. Cap. VI. 141  
quando alter ex eius fictione  
nullum passus est damnum,  
vt ex g. si promiserit centum  
Titio, qui mortuus est & eius  
hæredes nil minus in bonis ha-  
bent, non tenetur in consen-  
tia fictus promissor dare id hæ  
redibus, quod teneretur ve-  
rus. Secundò quando ius per-  
sonale quod resultat alteri cō-  
trahenti ex fictione, hoc est ex  
delicto, alterius, non æquiua-  
let iuri reali quod resultaret  
ex contractu, quia damnum  
non est reparabile à ficto con-  
trahente, vt ex g. si is fictè ini-  
uit matrimonium, & posteà  
interuenit impedimentum di-  
rimens; Item si fictè contra-  
xit vt procurator alterius cu-  
ius bona administrat, & qui  
posteà reuocauit mandatum;

Tunc

Tunc enim nisi procurator habeat ex proprijs bonis vnde iniuriam compenset, non poterit eam compensare ex bonis mandantis. In his ergo, & alijs casibus patet discrimen inter illas duas obligationes, quarum altera oritur ex delicto, altera oriaretur ex vero contractu. Nec tamen melior (quod Aduersarij obijciunt) quin deterior est conditio promissoris ficti quam veri; quia ex eo contractu ficto ille nullum ius sibi acquirit, & ex alia parte, in quantum potest, teneatur ad omnia ea ad quæ teneatur ex vera promissione.

94 His generatim positis de omni actu legitimo, idem voluit Deus seruari in administratione Sacramentorum;

Nec

Nec enim voluit homines con-  
ferre gratiam quasi quoedam  
instrumenta inanimata, sed  
tanquam procuratores ipsi-  
us Christi, quibus gratiam re-  
cipientes in Sacramento per  
ipsos administrato eam acce-  
ptam referrent ut beneficium;  
idque ad fouendum inter ho-  
mines mutuam charitatem,  
& reuerentiam. Nec si res at-  
tentè inspiciatur multò incer-  
tior redditur ex hoc validitas  
Sacramenti, quām si requi-  
rereret sola forma exterior.  
Quippe communiter homi-  
nes vel propter ignorantiam,  
vel propter fiduciam in mini-  
stro, non attendunt exquisitè  
an loquens submissa voce,  
proferat verba essentialia.

95 Ceterū Deus ita  
rem

rem instituit vt ex vna parte  
hic defectus intentionis; non  
possit esse nisi rarissimus, tum  
quia quisque potest eligere  
ministrum, de cuius probita-  
te, & benevolentia non dubi-  
tet, tum quia eiusmodi fraus  
esset ministro inutilis ad om-  
ne humanum emolumentum  
& summè pernitosa tam in  
prima patratione, quam po-  
steà in eius occultatione ad  
statum æternum; Ex alia par-  
te Deus ita constituit hæc Sa-  
cramenta tanquam remedia  
peccatorum, vt nemini velit  
cōpertū esse certissimè, odio  
ne, an amore dignus sit; imò  
voluit agnoscendam esse tan-  
quam singulare Dei benefi-  
cium, ac materiam gratiarum  
non solùm generalem institu-  
tio-

tionem Sacramentorum; sed etiam quod Deus hic, & nunc ita circumstantias ordinauerit, ut Sacramentum re ipsa conserretur. Denique, cum statuerit legem, ut facient quod in se est non denegetur gratia proximè sufficiens, si contingere quempiam bona fide recepisse Sacramentum, inualidum necessarium ad salutem, & postea faceret quidquid potest ex parte sua in obseruantia mandatorum, daret illi Deus occasionem vel recipiendi ab alio Sacramentum validum, vel eliciendi contritionem per quam iustificaretur.

96 Neque ex hac generali incertitudine oritur facultas iterandi semper de novo,

G & de

& de nouo Sacramenta, vel  
absolutè, vel conditionatè.  
Hæc enim facultas, raro pro-  
deslet pro raritate illorum ca-  
suum in quibus defuisset in-  
tentio nullo existente indicio  
talis defectus; sæpè noceret;  
tum quia Sacramenta illa vile  
scerent ex tam frequenti ite-  
ratione cum morali certitudi-  
ne inutilitatis; tum quia 'ma-  
gnus hinc existeret fomes alé-  
dorum scrupulorum; ex qui-  
bus maxima pernicies in vita  
spirituali. Accedit quod in hac  
ipsa prohibitione assiduæ ite-  
rationis, quæ prohibitio con-  
stat ex usu & traditione Eccle-  
siæ, habemus certissimum  
pignus diuinæ prouidentiæ  
non permissuræ nisi rarissimè  
ut quis bona fide recipiat

Sa-

Sacramentum inualidum; atque adeò compensaturæ omnem illum gradum securitatis qui oriretur ex licita iteratione.

C A P V T. VII.

*Quodnam sit obiectum in quod tandem resoluitur intentio ministri, ubi multa ad uitandum circulum. An sufficiat intentio virtualis, & quæ nam hæc sit; an pendeat volūtate, an à solo appetitu inferiore.*

97 **C**ertum est ex Concilijs, sufficere intentionem faciendi quod facit Ecclesia; sed hæc rursus est

G 2 ex-

explicanda: Nam Ecclesia est multitudo fidelium; quocirca facere quod facit Ecclesia, est, velle conformare intentionē, cū intentione quam habent communiter fideles, quæcumque hæc sit. Hæc autem intentio requisita non potest esse de confiendō Sacramento, vel de danda gratia; quia minister etiam hæreticus, adeoque non habens talem existimationem, ac voluntatem, validè ministrit. Explicatur hæc voluntas per hoc quod est, velle facere talem actionem nomine Christi, valeat quantum valere potest. Sed hoc ipsum non caret difficultate subtili, quamquam non speciali huic materiæ de Sacramētis. Quid enim est ex parte obiecti, velle

age-

98 Ratio difficultaris est, quoniam in his voluntatibus videtur ineuitabilis circulus. Nam mandans dat facultatem procuratori obligādi mandantem per eas actiones factas non quomodocumque, sed factas nomine ipsius mandantis, hoc est dependenter ab hac ipsa voluntate, & facultate mandantis. Adeòque hæc voluntas mandantis videtur tandem resolui non posse in obiectum aliquod fundamentale à se contradistinctum (quod est essentialē omni volitioni creatæ, & non per se subsistenti) sed reflecti merè in se ipsam per circulū inexplicabilem. Omittimus varias solutiones, quarum-

G 3 fin.

singulas impugnare facillimum, omnes infinitum, quò enim singulæ imbecilliores, eò vniuersæ apud speculantes magis variæ sunt, atque adeò plures.

99 In hac re censemus ita probabiliter philosophandum. Omne prædicatum essentiale relatum fundatur in aliquo prædicato absoluto. Non enim intelligibile est rem aliquam constitui primariò per relationem; ut aduertit Aristoteles 14. *metaph.* Quippe quoties concipimus relationem, concipimus saltem in confuso aliquid quod per taletm relationem referatur. Hoc supposito; sunt aliquæ voluntates procuratoris, quæ pendent

dent essentialiter à volunta-  
te mandantis, hoc est illæ  
quæ à me elicerentur, ex hoc  
motu: *quia habeo certitudi-  
nem metaphysicam quod man-  
dans dedit mihi talem faculta-  
tem.* Et hæ sunt essentialiter  
obligatiæ ipsius mandantis;  
Sed totum hoc non possunt  
habere radicaliter, & primò  
per talem relationem depen-  
dentiæ, sed per aliquod prædi-  
catum absolutum ad quod cō-  
sequatur necessitas eiusmodi  
dependentiæ; licet hoc præ-  
dicatum non sit nobis notum,  
ut contingit in multis alijs.  
Rursus dantur aliæ volunta-  
tes procuratoris, quæ sunt obli-  
gatiæ mandantis de facto,  
sed non essentialiter; Non  
enim pendent à notitia essen-  
tialiter

tialiter vera de facultate con-  
cessa à mandante: ac proinde  
cōtingenter obligant mandā-  
tē si hæc præcessit. Hæ tamen  
ipse habent aliquod prædicatū  
absolutum, per quod deter-  
minātur ut pendeant ab illa-  
aliquali, & incerta cognitione  
de voluntate mandantis.

100 His ita suppositis, dici-  
mus voluntatem mandantis  
ferri confusè, & implicitè in-  
voluntarem procuratoris nō  
ut dependentem à voluntate  
ipsius mandantis, sed in illud  
prædicatum magis radicale,  
per quod aliquæ voluntates  
procuratoris habent eum ob-  
ligare essentialiter, aliæ vero  
sub conditione *si mandans an-*  
*tecedenter per eas obligari vo-*  
*luerit.* Et circà primas dicit,  
*placeb*

De Sacramen. Cap. VII. 153  
placet mihi Petrum consequi po-  
tentiam proximam ad elicien-  
das tales voluntates mei essen-  
tialiter obligatiuas: Circa se-  
cundas vero dicit: si istae volun-  
tates quomodo cumque elician-  
tur, placet mihi ut displiceat Deo  
quod ego non faciam hanc, &  
hanc actionem &c. Secundum  
ea, quae in libello de actibus  
humanis dicta sunt super obie-  
cto voluntatis obligatoriæ. Hoc  
ergo volens ipse mandans, non  
exercet voluntatem, quæ sit  
inexplicabilis obiectiuè per  
obiectum ab ipsa distinctum.

101 Reliquum est explicare  
quomodo non reflectat in se  
ipsam circulo viciose volun-  
tas procuratoris volentis ope-  
rari dependenter à tali volun-  
tate mandantis. Sed hoc iam

G s facile

facilè explicatur, quia voluntas executiva procuratoris nō pendet à voluntate mandantis obiectuè, sed effectuè. Procurator enim dum vult obligare mandantem, imperat sibi voluntatem, qua desideret quantum est ex se, ut mandans obligetur. Et hæc voluntas habet illud prædicatum, absolutum quod diximus, & nullo modo respicit pro obiecto ipsam voluntatē mandantis. Sed ad illiud prædicatum absolutum sequitur essentialis dependentia à tali actu imperante, qui habeat pro motu ipsam voluntatem mandantis. Censemus enim omnem voluntatem imperatam esse essentialiter, imperatam, secundum principia, quæ traxi.

De Sacramen. Cap. VII. 155  
didi mus in libello de Actibus  
humanis.

102. Constat, tūm in Sacra-  
mentis, tūm in alijs actibus le-  
gitimis, non requiri volunta-  
tem perseverantem explicitā  
& formalem: sed sufficere im-  
plicitam, & virtualem; aliò-  
quin səpissimè valor esset in-  
certus. Non tamen sufficit vo-  
luntas quæ vtcumque præces-  
serit. Nam debet esse talis, quæ  
explicetur per verba. Verba  
autē nō sunt signa voluntatis  
vtcūque præcedentis, sed præ-  
sētis physicè vel moraliter. Itē  
non sufficit talis volūtas præ-  
terita, à quā vtcūque pēdeant  
verba præsentia, veluti si quis  
se ideo inebriet, quia expertus  
est se inebrietate proferre ver-  
ba consecrationis. Non tamen

G 6 pla-

placet ea ratio quòdeiusinodi  
verba tūc nō sint valida, quia  
non proferuntur cum delibe-  
ratione humana: Nam deli-  
beratio præcedens non defuit:  
deliberatio autem præsens nō  
est necessaria, vt patet quan-  
do ea verba proferuntur à  
consecrante distracto. Sed ve-  
rior ratio est, quia ea verba  
prolata ab ebrio neque ex  
usu, neque ex pacto huma-  
no sunt signa interioris animi  
aut præsentis, aut præteriti  
non reuocati, licet per acci-  
dens ab eo dependeant hic, &  
nnnc; Verba verò requisita ad  
actum legitimum debent esse  
eiusmodi signa. Et tale signum  
est etiam epistola, quæ pro-  
indè obligat etiamsi quando  
ca accipientem alloquitur, vo-  
luntas

De Sacramen. Cap. VII. 157  
luntas eam scribendi iam diū  
sit transacta.

103 Non conueniunt Scho-  
lastici, quid sit ea virtualis per-  
seuerantia volūtatis. Nec enim  
sufficit applicasse potentias  
motiuas ad illam actionem.  
Quandoquidem partes talis  
actionis, ex g. sermonis, non  
habent connexionem physi-  
cam inter se, ita ut positio vni-  
us partis causet naturaliter  
positionem alterius, sicut vna  
pars motus deorsum causat  
aliam partem motus; Ergo ta-  
lis applicatio præcedens non  
potest determinare potentiam  
hic & nunc ad operationem  
subsequentem. Sufficit ergo  
illa applicatio per singulas mo-  
rulas, sed non pro toto tem-  
pore, & pro tota actione.

Pri.

103 Prima pars probatur,  
tum à priori aliòquin volun-  
tas deberet per noua, & noua  
imperia volentia nouam, &  
nouam actionem, assignare  
omnes partes proportionales  
temporis, & motus, quod im-  
plicat; Tùm à posteriori quia  
videmus nos non semper pos-  
se sistere motum nostris potē-  
tijs semel imperatum. Ex quo  
constat, efficacitatem volun-  
tatis versari in productione  
quorumdam impulsuum, qui  
bus productis non potest im-  
pediri tanta pars motus, quan-  
tam efficere valet impulsus iā  
existens. Altera quoque pars  
probatur, nō enim est produci-  
bilis, aut excogitabilis vnicus  
impulsus talis qui determinet  
linguā ad tot tamque varios  
mo-

motus certis pausis admix-  
xtos, quales requiruntur ex g.  
ad recitandum integrum psal-  
mum; & idem valet de alijs  
potentijs motiuis in ordine ad  
alias actiones. Ergò ad eas  
peragendas requiruntur sem-  
per noua, & noua imperia.

104 Solet quæri, an hæc no-  
ua imperia semper sint actus,  
voluntatis, an aliquando so-  
lius appetitus inferioris. Cer-  
tū est, qualescumque sint, mo-  
dò sufficiāt physicè ad motū,  
sufficere etiam moraliter ad  
validitatem actuum, alioquin  
omnisferè validitas versaretur  
in incerto, vt notauimus. Cæ-  
terū existimamus, quoties  
voluntas est soluta, hoc est  
quoties datur sufficiens usus  
potentiaꝝ intellectuꝝ volunta-

tem

tem dirigen<sup>tis</sup>, toties in homi-  
ne ad motus spontaneos re-  
quiri aliquem actum volunta-  
tis; Nam potentia<sup>æ</sup> quæ in ali-  
quo supposito mouentur non  
ab appetitu innato, sed ab elici-  
to, debet determinari à supre-  
mo appetitu qui sit in illo sup-  
posito; huiusmodi autem su-  
premus appetitus in homine  
est voluntas. Cæterum si co-  
gnitio intellectua, adeoque  
potentia volitua, sit ligata; pu-  
tamus huiusmodi actiones  
peragi posse dependenter ab  
appetitu inferiori.

105 Nec obstat, eas actio-  
nes esse opera artis adeoque  
appetitionis practicæ directæ  
ab intellectu. Aliud enim est  
id quod requiritur ad artem  
comparandam, aliud verò id  
quod

De Sacramen. Cap. VII. 161

quod requiritur ad eam exequendam. Ad primum necessarius est intellectus tum immediate ad formanda ex inductione axiomata practica universalia, quae sunt principia artis, tum mediately ad aliqua opera potentiarum materialium, quae non sunt illis potentibus possibilia nisi ex coniunctione cum intellectu, adeoque in solo homine; Sicut puer multa non potest facere nisi directus a pedagogo. Ideo, ut ex Auerroe aduertit contra Auicennam S. Thomas prima parte q. 78. art. 4. in corpore, imaginatio solius hominis potest componere species rerum diuisarum, veluti auri, & montis; Item sola memoria materialis hominis potest non tantum

tantum habere subitam recor-  
dationem, qualem habent bel-  
luæ, sed reminisci per quam-  
dam quasi syllogistica inqui-  
sitionem. Quorum utrumque  
tandem censemus prouenire  
ex imperio voluntatis huma-  
næ supra tales potentias. Et  
quidem ad acquirendam ar-  
tem ea omnia videntur neces-  
saria, ut consideranti patebit

106 At non ita eadem sunt  
necessaria ad usum artis ac-  
quisitæ. Ideoque, licet ars  
nulla à somniante acquireti pos-  
sit, multæ nihilominus a so-  
mniante passim exercetur, nec  
nō ab amente. ab ebrio, &c. Et  
ratio est, quia ad exercitiū ar-  
tis duo tantum requiruntur. Al-  
terum est cognitio complexa  
earum actionum, quarum or-  
di,

dinatum vsum exigit ars; Et hæc facile excitatur à speciebus cōplexis iā ex habitu cōparatis. Alterum est æstimatio bonitatis in eiusmodi actionibus. Et hæc pariter potest haberi sine opere intellectus; ex eò quòd aliàs iudicauerimus tales actiones vt bonas, & proinde, ex eò quòd in potentia materiali habente sympathiam cum intellectu remanserit species illius actionis vt bonæ.

107 Hæc autem doctrina suadetur non solùm exemplis allatis somniantium, amenantium &c. Sed etiam belluarum, quæ stimulo doloris, & illicio voluptatis assuescunt quibusdam actionibus, quas homo non addisceret sine arte

te, easdem verò postea ritè ac facilè peragunt. Quid ni ergò quod faciunt belluæ anteà directæ ab intellectu alterius, faciant potentiae materialis humanæ antea directæ ab intellectu eiusdem suppositi?

108 Difficilius videtur explicare quomodo remaneat in potentijs nostris materialibus memoria illius bonitatis, ut potè quæ sèpè est tantum bonitas honesta, ac proindè non cognoscibilis à potentia materiali. Id tamen ita euenire censemus. Talis sympathia intercedit inter appetitū superiorem, & inferiorem, ut quælibet vel lætitia, vel tristitia alterius redundet ad alterum. Ità videmus affectionem appetitū

appetitus inferioris, quæ in natura corrupta præuenit superiorem, efficere in hoc eiusmodi motum necessarium indeliberatum sibi consonum; ut appetitus superior nonnūquam necessiter moraliter ad peccandum. Pariter gaudiū, vel mœstitia voluntatis ita communicatur cum appetitu materiali, ut propterea trahat multos effectus modò salutares, modo noxios in corpora. Atque ut ait S. Th. in 4. sent. dist. 15. q. 2. articulo primo quæstiuncula p. ad 4. *Appetitus superior natus est inferiorem mouere, unde si fortis sit impressio in superiori, erit etiā in inferiori. Quoties ergo facimus aliquā operationem optatam à voluntate, & cum subseq-*  
*uenti*

quenti gaudio voluntatis, toutes resultauit quædam lætitia in appetitu inferiori, adeòque remanet phantasma, & memoria illius operationis tanquam bonæ, non quidem ea bonitate, ob quam placuit voluntati, sed alia bonitate consequenti, & secundaria, quam diximus; ratione cuius eadem operatio repræsenta- tur ut expetibilis appetitui sensitivo.



CA.

C A P V T VIII.

*An ad merendum sit necesse im-  
perare semper eiusmodi actio-  
nes ut honestas; Vbi, an  
meritum, vel demeritum  
augeatur ex actione non for-  
maliter, sed tantum radicali-  
ter libera.*

109 **A** Liqui putant au-  
geri meritum,  
vel demeritum ex actione  
sequentia quæ obiectiuè sit bo-  
na, vel mala, etiamsi non  
imperetur à nouo exercitio li-  
bertatis, sed pendeat solùm à  
voluntate honesta præceden-  
ti; & ita existimant, & praua  
opera commissa in ebrietate  
culpabili imputari ad culpam,  
&

& per actum exteriorem bonum augeri meritum interioris. Quae doctrina videtur valde consona S. Thomæ; & veteribus. Ab ea tamē multi recentiores granissimi passim recedunt, quia posito illo aetatu libero præcedenti totum id quod sequitur, placet Deo ut sequatur. Ergo non auget displicantiam Dei, adeoque malum morale, item ita sequitur, ut non possit non sequi; ergo non addit laudem, aut vituperationem.

110 Nos probabiliter existimamus, distinguendum in hac re. Aliud enim est querere de laudabilitate, vel vituperabilitate, aliud de merito, vel de reatu: Illæ non augentur sine noua libertate, ut probat ratio

*De Sacramen. Cap. VIII. 169*  
ratio nuper indicata. At meri-  
tum vel reatus videtur non  
posse quidem ponи sine illis,  
sed posse crescere sine incre-  
mento illarum. Sicut meritum  
gratiarum nō potest quidem  
ponи sine actu amoris, potest  
crescere sine incremēto amo-  
ris, per hoc tantum quod ille  
amor fuerit mihi magis ut lis.  
quis enim neget, maiores gra-  
tias ægrotum debere medico  
qui ex amicitia illum curans  
sanauit quam si non sanasset?  
Tantum ergo meritum, vel  
tantus reatus non dicunt for-  
maliter tantam laudabilita-  
tem, vel vituperabilitatem  
piæcisè, sed etiam includunt  
tantum bonum, vel tantum  
malum quod positum est in  
Republica rationali ex mea.

H pro

probitate, vel malitia. Si enim bonum est maius, etiam posita æquali voluntate, congruū est, Deum vt communem retributorem rependere mihi maius præmium, si malum est maius, conuenit, vt ego patienter feram grauiorem vltionem à Republica ad proportionem illius detrimenti quod Republica passa est a me.

111 Ex his infertur primò bonos actus exteriores prodesse tum ad minuendas poenas in Purgatorio, tum ad præmia huius vitæ, tum ad aliquam gloriam æternam accidentalem, quia cum his omnibus habent proportionem. Infertur secundò, malos actus exteriores augere reatum poenæ cum in hac vita tum in Infer-

no

De Sacramen. Cap. VIII. 171  
no ex eadem ratione. Infertur  
tertiò, hos explicandos esse  
in confessione etiam propter  
hanc rationem ; quippe ibi  
absoluimur non solum à cul-  
pa, quæ reddit nos Deo odi-  
biles, sed etiam à reatu, per  
quem reddimur Deo punibi-  
les. Actus tamen boni exte-  
riores non augent meritum  
gratiæ, & gloriæ, quia men-  
sura huius meriti est sola chari-  
tas, & virtus interior, ut do-  
cent communiter Patres, &  
Scholastici. Et ratio est, quia  
bonitas illa quam addunt a-  
ctus externi supra internos, est  
naturalis, adeoque non habet  
proportionem cū præmio su-  
pernaturali. Et hoc inter cæte-  
ra intellexit Paulus, & cum eo  
Sæcti Patres dum iustificatio-

H 2 nem

nem non tribuunt operibus,  
sed fidei, quæ per dilectionem  
operatur, & dum ait, non esse  
condignas passiones huius tē-  
poris ad futuram gloriam, quæ  
reuelabitur in nobis.

112 Dantur tamen aliqui  
actus boni supernaturales, qui  
si prouenerint à volūtate libe-  
ra honesta supernaturali, pos-  
sunt augere meritum gratiæ,  
& gloriæ; ut ex g. fides elici-  
ta ab intellectu videtur adde-  
re meritum supra voluntatem  
credendi. Et idem dicimus de  
continuazione non libera for-  
maliter alicuius volitionis su-  
pernarialis, quæ ab initio  
prouenerit ex voluntate deli-  
berata supernaturali. Nam  
hæc omnia bona ex vna par-  
te sunt aliquid imputabile ipsi  
ope.

De Sacramen. Cap. VIII. 173  
operanti, ex alia parte sunt  
aliquid proprium filij Dei a-  
deoque habens proportionē  
cum præmio, quod conuenit  
filio Dei. Et ex hac doctrina  
facilè colligitur, quando nam,  
& quale præmium augeat  
confessio Sacramenti etiam  
exercita sine noua libertate  
supra præcedentem volunta-  
tem illud conficiendi: Si enim  
ea perseverantia virtualis in-  
cludit aliquem actum super-  
naturalem obiectuè honestū,  
augeat meritum gratiæ, & glo-  
riæ; si verò includit solùm  
actum exteriorem, aut in te-  
riorem naturalem, augeat me-  
ritum in ordine ad alia præ-  
mia. Quamuis enim confe-  
ssio Sacramenti habeat hoc  
præ cæteris actionibus exter-

H 3 nis

174 *Liber Sextus*

nis ut sit aliquid supernatura-  
le , temen non est actus pro-  
prius filij Dei , sed procurato-  
ris Dei , ideo non me retur  
augmentum gratiæ , & glo-  
riæ.

## C A P V T I X.

*Quomodo imperemus illos actus  
de quibus non scimus redde-  
re rationem.*

113 **P**ro complemento  
huius doctrinæ re-  
liquum est explicare quomo-  
do possit esse necessarium sem-  
per nouum ac nouum volun-  
tatis imperium ad exercen-  
dos eos actus de quibus ta-  
mē interrogati nescimus red-  
dere rationem . Nihil enim  
voli-

volitum quin præcognitum;  
Et tamen nemo nostrum va-  
let explicare qui nam sint illi  
certi motus, quos præstat lin-  
gua in pronunciatione huius,  
vel illius vocis, quam vtique  
vocem quoties libet, illicò &  
cum minima attentione pro-  
nunciamus. Pro huius rei ex-  
plicatione aduertendum est,  
duo esse genera obiectorum.  
Altera quidem sunt adeò dif-  
ferentia inter se, & in numero  
tam limitato vt possimus, &  
velimus illis impendere spe-  
cialeм notationem, quò reti-  
neamus species memoratiuas,  
per quas illa inuicem distin-  
guamus. Huiusmodi sunt ex  
dissimilitudine quidem ex g.  
species Aquilæ, & Corui, vel  
ex paucitate, & necessi-

H 4. tate

tate ea discernendi, vultus cognatorū, amicorū &c. Altera sunt obiecta adeò multa, & ta m parùm varia, vt formare in nobis eorum simulacra, per quæ possimus etiam in eorum absentia habere cognitiones eorumdem distinctas, esset opus supra omnem laborem, & copiā tēporis, nobis possibili. Ideò habemus de illis species quasdā tenues, subobscuras, & mortuas quæ nō nisi ab aliquaintuitua cognitione existātur, & percellūt phantasiā.

114 Hæc enim est natura cognitionis intuituæ, quod per eam reuiuiscat memoria eiusdem obiecti aliàs cogniti, nec non aliorum, quæ simul cum illo cognouimus, & quorum remansit in animo species

ties complexa; Ut patet quo-  
ties videmus hominem, ædifi-  
cium, librum &c. quæ ante  
plures annos videramus, & de  
quibus interrogati nescieba-  
mus reddere rationem. Statim  
enim ut denuò id apparet, re-  
miniscimur, suisse à nobis tūc  
visas omnes illas proprietates,  
& qualitates, quæ in eo nunc  
videntur, & quarum eo absen-  
te nulla occurrebat recorda-  
tio. Hæc est ratio cur quando  
sacrificium, aut aliud opus  
peragimus, ritè exequamur  
omnes illas ceremonias, & a-  
ctiones, de quibus tamen si ali-  
bi interrogemur, hæsitamus:  
Si quidem cognitio intuitua  
vnius partis excitat speciem  
quantumuis per se tenuem,  
& clanguidam alterius partis.

H s Imò

Imò si in eodem opere velimus nimium attendere, & quasi ratiocinari quid agendum, aut dicendum sit, aliquando hæremus: impedimus enim tunc, & disturbamus motum illum ordinatum specierum, qui sua sponte fieret nisi mentem, & imaginacionem ad alios actus diuerteremus.

115 Idem ergo contingit de illis tam multis, tamque frequentibus motionibus, & impulsibus, qui sunt necessarij ad recitandum, canendum, saltandum &c. Remanent enim eorum species, multæ quidem propter iteratos actus, sed singulæ tam obscuræ tam debiles, ut excitari nequeant nisi à cognitione intuitiva patris.

tis præcedentis, vel alterius obiecti, de quo simul formaui-  
mus phantasma complexum:  
Licet de quibusdam paucio-  
ribus, & vniuersalioribus phi-  
losophi per attentam medita-  
tionem acquirant species di-  
stinctas etiam in ordine ad  
cognitionem abstractiuam; vt  
ex g. de modo proferendi hāc  
vel illam litteram vocalem,  
aut consonantem.

116. Cæterum ne tum quidē  
cum motus illos imperamus,  
possumus de illis rationem  
reddere. Nec enim tam 'im-  
peramus motum quemlibet  
peculiarem, quām produc-  
tionem talis, & tanti impulsus.  
ad quem experti sumus subse-  
qui talem vocem, aut saltum  
&c. Hi autē impulsus sunt in-

H 6 nomis

nominati, & innominabiles  
tum propter infinitam pænè  
multitudinem, tum quia no-  
mina requirunt conuentionē,  
& conuentio requirit, vt ho-  
mines qui conueniunt, sciant  
super quonam obiecto conue-  
niant. At nemo potest reddere  
cognoscibile, & sensibile alteri  
illum determinatū impulsū  
quem ipse experitur in se; Et  
hinc prouenit cur multa a lia  
obiecta pariter inter homi-  
nes sint innominabilia.



CA.

C A P V T X.

*Qualis intentio conditionata suf-  
ficiat ad valorem Sacramen-  
tis ubi etiam de valore inten-  
tionis conditionatae ad indu-  
cendā obligationem in gene-  
re : & de applicatione sa-  
crificiorum.*

117 **A** Liquæ conditio-  
nes tacitè intel-  
liguntur, & hæc si expriman-  
tur, non dicuntur reddere  
actum conditionatū. Vt. ex. g.  
*si tu non es baptizatus: si verè  
vis baptizari, &c.* Licet ta-  
men actus gestus cum expres-  
sione conditionum tacitè in-  
hærentium non sit conditio-  
natus apud iuristas, quia in-  
ordi-

ordine ad obligationes perinde habetur ac si esset absolutus, nec exprimeret conditionem ullam per suam entitatē intrinsecam, vocatur tamen conditionatus philosophicē, & theologicē, quia habet modum tendendi diuersum entitatiū ab absoluto. Nec debet usurpari quando nulla est prudens suspicio de talis conditionis defectu; Eam enim suspicionem indicant prædicta verba conditionata, ut patet ex usu contractuum humanorum.

118 Vbi verò ea prudēs suspicio adesset, adhiberi debet prædicta forma conditionata; Ratio tamen huius rei non est, ne aliqui locutio diuinata falsa; hoc enim quippe, quod

quod est impossibile nullo modo sequitur, etiam si forma Sacramenti enuncietur abso-lutè, & tamen re ipsa deficiat aliqua conditio ad Sacramē-tum necessaria; siquidem in tali casu Deus per ministrum non loquitur, etiam si mini-ster dicat, Deum tunc loqui per os ipsius. Verior ergò ra-tio cur debeat adhiberi ea forma conditionalis quando prudenter dubitatur de alicu-ius conditionis essentialis de-fectu, est, quia spectat ad reue-rentiam erga Deum, ut non affirmemus, nos esse procura-tores Dei, nec geramus eius personam, quoties incertum moraliter est, an habeatur talis facultatem à Deo, qua-lem facultatem non habere.

mus

mus, si conditio illa tunc for-  
tè deficeret:

119 Circa reliquas con-  
ditiones communis doctrina  
recentiorum est, præteritas, &  
præsētes posse validē apponi,  
futuras nō posse. Secūda pars  
probatur; nec enim Deus de-  
dit ministris facultatem sus-  
pendendi valorem, adeòque  
effectum Sacramenti; ex in-  
numeris absurdis quæ seque-  
rentur, vt consideranti pate-  
bit. Hæc tamen ratio euincit  
quidem, non posse apponi pro  
conditione ipsum euentum  
formaliter futurum, non autē  
non posse apponi pro condi-  
tione necessitatem, & certitu-  
dinem præsentem illius euen-  
tus. In quo sensu validē ap-  
poneretur hæc conditio, si  
dæ.

dabitur iudicium vniuersale,  
si mortui resurgent &c. hoc est,  
si nunc datur aliquid habens  
essentialē connexiōnē cū  
futuritionē horum euentū,  
ac proinde verificans propo-  
sitiones, quæ illos futuros af-  
firment.

120 Quantum verò spe-  
rat ad cōditiones præteritas  
& præsentes, supradicta regu-  
la non videtur vniuersaliter  
vera; aliòquin posset baptiza-  
ri puer sub hac conditione,  
si es prædestinatus, vel, si Deus  
videt hunc baptismum tibi pro-  
futurum ad salutem. Et tamen  
id fieri non posse probatur à  
posteriori; nā si talis baptis-  
mus esset validus, sequeretur  
quod ita baptizatus non ha-  
beret libertatem ut damnare.  
tur

tur ex aliquo peccato supponente baptismum, & obligaciones ex baptismo proueniētes. Si enim damnaretur ex eo peccato, iam falsificaretur ea cōditio dependenter à quā & non aliter recepit baptismum, ac proinde supposito tali baptismo, & tali peccato, sequeretur eum esse baptizatum, & non esse baptizatum.

121 Ratio autem à priori cur baptismus ita collatus es-  
set irritus, est, quia, ut aliás di-  
ximus, nullus effectus potest  
determinari à conditione cu-  
jus determinatio pendeat ali-  
quo modo ab ipso effectu: alio  
quin in determinatiis dare-  
tur circulus vitiosus, & idem  
determinaret mediatè se ip-  
sum ad existendum. Idcīrcò  
re,

regulariter quidem possumus apponere validitati actus aliquam conditionem præteritam, quia nullum præteritū naturaliter potest determinari ab euentu subsequenti; hæc tamen regula duplicem habet limitationem. Altera est in actibus diuinis (qui tamen non sunt propriè præteriti, sed durat indiuisibiliter per æternitatem). Sic ergo, si est aliquis actus scientiæ vel volitionis diuinæ qui utcumque sit determinabilis ex suppositione alicuius effectus creati; licet ille actus diuinus hoc ipso quod est nunc, fuerit ab æterno, tamen secundum illam denominationem continget (quidquid tandem illa sit) non potest determina-

re

121 Ità, quoniam est in potestate pueri etiam ex suppositione baptismi eo male vti, & damnari per peccata essentialiter supponentia beneficium gratiæ baptismalis, est etiam aliquo modo in eius potestate facere, vt non sit prædestinatus, vtque Deus non viderit eum benè usurpato baptismu. Ergo non potest ab his cōditionibus determinari, & pendere, an ipse sit baptizatus nec ne.

122 Altera limitatio, quæ ad primam consequitur, est, alia quod ne omnis quidē creaturæ conditio præterita possit validè apponi, si ea pendet essentialiter ab aliquo ex eiusmodi actibus internis diuinis cuius ius-

iusmodi conditio esset diuina  
reuelatio de huiusmodi præ-  
destinatione, vel de tali scien-  
tia conditionata. Quocircà nō  
esset validus baptismus col-  
latus sub hac conditione, si  
*Deus reuelauit alicui Beatorū,*  
*Te esse prædestinatū, nisi fortè*  
hæc conditio verificaretur cū  
omnimoda independentia à  
validitate huius baptismi: ve-  
luti si Deus decreuisset, &  
reuelasset se velle saluare hūc  
puerum, etiam si hic & nunc  
quæ validè non baptizaretur, per  
alii media.

123 Regula igitur uni-  
uersalis est, quā indicauimus;  
hoc est nullum actum, adeoq;  
nec Sacramentum, nec con-  
tractum, posse pendere à con-  
ditione cuius determinatio  
ali-

aliquo modo pendeat ab ipso  
actu, vel ab aliquo effectu, qui  
sit posterior natura ad talem  
actum. Et hoc idem valet in  
omnibus effectibus physicis;  
Qui nimis non possunt  
determinari ab aliqua condi-  
tione determinanda ab ipsis  
effectibus. Et per id solui  
possunt multi paralogismi.  
Ex.g. supposita veriore sētētia  
quod locutio Angelica fiat  
per actum voluntatis, quō  
Angelus velit significari tālē  
suum certum conceptum al-  
teri Angelo; qua voluntate  
posita Deus, ut author naturę  
excitet cognitionē huius rei  
in illo altero Angelo; fac Mi-  
chaelem habere hunc actum,  
volo dicere hoc Gabrieli, si Ga-  
briel nunc me alloquitur (hoc  
est,

est, si habet voluntatem aliquid  
mibi significandi in hoc instati)  
& è contario Gabrielem ha-  
bere hunc actum. Volo dicere  
hoc Michaeli, si Michael me  
nunc non alloquitur; Videtur  
difficile statuere quid tunc  
sequeretur, nā hoc ipso quod  
concedas vnum, infertur op-  
positū, ut considerāti patebit.  
Sed solutio sita est in hoc:  
Vterq; actus in tantūm posset  
habere physicam efficaciam,  
in quantūm poneret pro con-  
ditione, vel allocutionē alte-  
rius, vel negationem illius,  
non quomodo documque, sed ut  
omnino independentes ab  
objeto cui apponūtur pro cō-  
ditione, id est ab allocutione  
sui met erga illum alium An-  
gelum. Et quoniam tunc in  
neutro

neutro verificatur illa cōdīcio  
(neuter enim vult poni aut nō  
poni allocutionem suam erga  
alterum, nī dependentem ab  
allocutione, vel non allocu-  
tione alterius) ideo neutrius  
voluntas ita conditionata po-  
test esse effectiū efficax; ac  
proinde neuter alterū re ipsa  
alloqueretur, adeoque neutri  
Deus vt auctor Naturæ signi-  
ficaret mentem alterius.

124. Ex ijs, quæ diximus  
de conditione apponibili Sa-  
cramentis, colligitur aliqua  
regula etiam super validā ap-  
plicatione sacrificiorū. Ex. g.  
si quis applicet sacrificium  
pro eo, quem Deus destinavit  
Episcopum futurū huius Vr-  
bis, potest hæc applicatio esse  
valida, & potest esse irrita, pro  
varijs

varijs casibus excogitabilibus  
Pro quo aduerte, hanc applica-  
tionem perinde significare,  
ac si diceretur de singulis ho-  
minibus: *applico Sacrificium*  
*pro N. si Deus destinauit illum*  
*in Episcopum.* hoc posito, vel  
hæc destinatio est facta à Deo  
independenter à fructu præ-  
uiso huius sacrificij; & applica-  
tio valet, vel dependēter, &  
non valet ex ratione supradi-  
cta. Quando tamen circum-  
stantia dependenter à qua fit  
applicatio, non solum est iam  
posita, sed est nota applicanti,  
certū est eā esse priorē natura  
ad applicationem, & ad eius  
fructū, ac proinde ab eis inde-  
pendētem; & ideo cessat tunc  
omnis scrupulus inualiditatis.

125 Vnum est discrimen.

I in.

inter Sacrificium , & Sacra-  
mentum, quod cū Sacramen-  
tum debeat esse signum sensi-  
bile humanum , debet pro-  
inde conditio illa , à qua Sa-  
cramentum pendet , esse co-  
gnoscibilis humano modo ;  
Quocircà si apponenteretur con-  
ditio quamuis omnino prior  
natura , sed nota soli Deo , vel  
nullo modo propagabilis na-  
turaliter ad notitiam hu-  
manam ne ipsius quidem  
ministri , collatio Sacramenti  
esset inualida . Non sic appli-  
catio sacrificij , vtpote quæ  
non est necesse vt sit sensibi-  
lis , & satis est , si persona cui  
applicatur , innotescat Deo ,  
qui solus debet esse executor  
talis applicationis .

CA-

C A P V T. XI.

*Ex duabus voluntatibus ministri materialiter, vel formaliter contrarijs utra praeualeat. Traditur regula applicabilis ad omnes actus obligatorios.*

126 **N**on potest quis velle simul duo contradictoria explicitè; potest tamen velle duo, quæ re ipsa sunt contradictoria. Ut ex g. potest simul velle non sumere medicinam noxiā, & sumere istam, quæ re ipsa, quamvis eo inscio, est noxiā. Ita ergo potest contingere in Sacramentis, in contractibus &c. Ex g. Abissini simul volebant

lebant inire verum matrimonium, & simul volebant inire contractum dirimibilem, qui non est verum matrimonium. Rursus potest quis habere duas voluntates etiam de duabus cōtradicторijs formaliter, sed illas pro diuerso tempore. Ut ex g. potest aliquis nunc velle nunquam vouere, & postea oblitus huius voluntatis (nā si est memor cessat omnis difficultas) potest vouere.

127 His suppositis, quærenda est regula ad dignoscendū vtra voluntas ex duabus contrarijs debeat habere effectum. Primò certum est in ordine ad effectus physicos producēdos semper præuale-re voluntatē executiuam, quę nimirum habet pro obiecto  
hoc

hoc aliquid, absoluta ab omni  
conditione, & exceptione.  
Ex g. comedens habeat duas  
voluntates, alteram longè in-  
tensiorem, & firmiorem non  
comedendi venenum, alte-  
ram tenuiorem comedendi  
hunc cibum; hæc tamen se-  
cunda præualet in ordine ad  
effectum physicum, & proin-  
de facit ut hic cibus re ipsa  
comedatur, quamuis sit ve-  
nenum; Quia hæc versatur  
circa singulare designatum,  
& cadens hic & nunc sub ex-  
perientiam, illa verò altera  
voluntas versatur circà prædi-  
tum aliquod non patens hic,  
& nunc operanti. Secus con-  
tingit in ordine ad effectus  
morales, nam, qui vellet eme-  
re hunc cibum putans esse bo-

num, si postea inueniret id esse toxicum, iuste diceret emptionem, tanquam ortam ex errore in causā motiua, fuisse irritam.

128 Ratio disparitatis à priori est, quia si effectus physici non sequentur quando voluntas executiua oritur ex errore, utique certificaremur de quacumque re abditissima videndo an sequatur effectus imperatus à voluntate habente rem illam abditā pro motivo vel eamdem apponente pro conditione; Et ideo natura nolens dare nobis hanc scientiam indebat, noluit voluntatem executiūam aut fieri irritam ex errore, aut esse capacem conditionis. At effectus morales, hoc est obligaciones

tiones, non cadunt sub experientiam nostram, ideoque potius sex prescrita veritate motui vel conditionis colligimus obligationem esse ortam, quam vice versa exorta obligatione colligamus veritatem conditionis appositam. Quocircum remoto praedicto absurdo quod sequeretur in effectibus physi-  
cis, aequum fuit ut possemus disponere plenam voluntariem de rebus nostris, ac proinde non ex errore, & sub qualibet conditione nobis grata. Hoc posito statuenda sunt aliquae regulae ad dignoscendum utrum ex duabus voluntatibus contrarijs preualeat in ordine ad effectus morales.

129 Quatum spectat ad voluntates simultaneas, mate-

I 4 riali-

rialiter oppositas, dicunt ali-  
qui viri docti, inter illas eam  
præualere quam retineremus  
si pateret nobis oppositio in-  
ter illa obiecta. Quam verita-  
tem conditionata dicunt non  
esse quid contingens distinctū  
hic & nunc ab omni veritate  
absoluta, sed esse quid notum  
Deo partim per scientiam vi-  
sionis de eo quod datur de fa-  
cto; partim per scientiam sim-  
plicis intelligentiæ de necessa-  
ria connexione huius verita-  
tis absolutæ cum illa conditio-  
nata; & non aliquod obiectū  
abeo scitum per solam scien-  
tiā medium. Obiectū enim  
scientiæ mediæ nō est id quod  
volumus, sed quod vellemus,  
ac proinde non fundat neque  
meritum, neque ius, neque  
obli-

De Sacramen. Cap. XI. 201  
obligationem, sed fundaret.  
Aiunt ergo, hanc veritatem  
cōditionatam esse aliquid ne-  
cessariō connexum cum ipsa  
entitate præsenti harum vo-  
luntatum, quas habeo. Qui-  
cumque enim eas penetraret,  
& comprehendenderet, sciret utrā  
illarum ego essem retenturus  
in eo casu.

130 Sed hēc regula neque  
videtur vera, nec utilis quam  
quā esset vera. Nō quidē vera  
quia, ut fatentur auctores, qui  
eā tradūt, possum ego esse ma-  
gis inclinatus in actu primo ad  
id, quod respuo in actu secūdō;  
hēc enim est natura liberta-  
tis. Fac ergo Abissinum, ex.g.  
magis inclinari in actu primo  
ad ineundum matrimonium  
verum, quād ad non ineun-

I s dum

dum contractum indissolubilem; Ex alia parte magis affici in actu secundo ad hoc, quam ad illud; Rogo in quoniam fundari poterit tunc ea veritas conditionata, quod alteram partem eligeret si sciret hæc duo obiecta esse incompatibilia? Non quidem in maiore inclinatione actus primi; Nam sicut ea non obstante magis nunc propendet in actu secundo ad alteram partem, ita similis victoria potuisset esse in illo casu; Neq. pariter in maiori affectu actus secundi quia hic excessus non solù fuit liber sed inuerisimilissupposito excessu opposito in actu primo. Inuerisimile autem aliquid quod liberè contingit in uno casu, non est necesse, in modo neq. est verisimile

simile ut eueniat in casu di-  
uerso. Alioquin eò quod quis  
operetur contrà maiorem in-  
clinationem in uno instanti, de-  
beret esse necessariò idem fa-  
cturus per totam aeternitatem;  
quod tamē ne verisimile qui-  
dem est. Ergò si Abissinus ha-  
buisset alias cognitiones, per  
quas nouislet incompossibili-  
tatem horum obiectorum, for-  
tasse prætulisset coniugium  
negationi vinculi indissolu-  
bilis; Neque opposita senten-  
tia affirmans de contrario nō  
tātū verisimilitudinem, sed  
certitudinem, potest ullo ar-  
gumento probari. Eaque null  
tò euidentiis impugnatur in  
ordine ad duas volūtates op-  
positas non cōexistentes, de  
quibus infra, in ordine ad

quas pariter eam doctrinam  
applicant prædicti Auctores.  
Ex eo enim quod quis talem  
voluntatem elicuerit vno tem-  
pore, nulla necessitas consur-  
git alicuius exercitij in alio tē-  
pore: cum liberum arbitrium  
sit vertibile usque ad mortem.

131 Rursus ea regula, si es-  
set vera, esset parūm vtilis, vt  
diximus; nam ea veritas con-  
ditionata non est aliquod no-  
bis patens perse, sed fundatur  
in aliquo alio prædicato ab-  
solutu eiusmodi voluntatum.  
Melius est ergo assignare pro  
regula hoc ipsum prædicatū  
absolutum quodcumque illud  
sit quippe & prius, & notius.  
Verior regula videtur esse,  
eam volitionem præualere,  
qua magis amat suum obie-  
ctum

Etum excessu appretiatio. Vi-  
detur enim natura eo modo  
debuisse constituere efficaciā  
harum voluntatum, quem  
vnuſquisque prudens vellet.  
Quilibet autem prudens vel-  
let ita constitutum, vt si ipſe  
per errorem eligit duo obie-  
cta incompossibilia, illud re-  
ipſa assequatur, quod appre-  
tiatiuē magis amat; nam hoc  
modo magis fit secundūm  
eius voluntatem.

132 Ex hoc fundamento  
potest aliquo modo nasci ve-  
ritas illa conditionalis, quam  
pro regula statuebant Aucto-  
res supra indicati. Et hoc in  
duplici sensu. Alter est non  
quidem ex certitudine, sed ex  
quadā generali præsumptio-  
ne. Nam plerumque solet cō-  
tin-

tingere, ut ex duobus obiectis amatis, si poste à appareat eorum incompossibilitas, illud præeligatur quod magis amabatur appretiatiuè. Alter sensus est non solum verisimilis, sed necessarius, scilicet, si contigisset ut amanti magis appretiatiuè A. quam B. fuisset propositum: si alterum eorum esset relinquendum: utrum velles relinquere & is in sensu composito cum illo duplii amore non posset habere effectum conditionatum relinquendi A. Sed ista veritas conditionata non potest assignari pro regula ex rationibus quas ultimè exposui.

133 Remanet tamen contrà hoc difficultas; quoniam nulla duo obiecta non apparebant

bant incompositibilia, non fuit  
necessæ, vt voluntas illa com-  
parauerit inter se, & appretia-  
uerit vnum præ alio. Ut id sol-  
uamus, est aduertēdum; omnē  
excessum vnius suprà aliud  
fundari in aliquo prædicato  
absoluto, quod ab uno partici-  
petur usque ad tantum gra-  
dum, & ab alio usque ad tan-  
tum; Ex quarum deinde quā-  
titatum comparatione resul-  
tat denominatio excessus in  
altera. Ex g. ideo A. est maius  
quām B. quia A. est bipalma-  
re, & B. palmare. Aliquæ sunt  
tamen res, in quibus nō possu-  
mus cōstituere nomina tantæ,  
vel tantæ magnitudinis ab-  
solutæ propter rationes quas  
attulimus n. r. 4. & seqq. agē-  
tes de metris inibus à voluntate

te imperatis potentiae execu-  
tiæ exteriori. Quin ob easdē  
rationes non possumus impo-  
nere nomina magnitudinis  
absolutæ gradibus intensionis  
etiam qualitatum maximè sē-  
sibilium, ut caloris, frigoris  
&c. quia scilicet illarum in-  
tensio apparet maior, vel mi-  
nor pro diuersa affectione or-  
gani, ut quisque experitur in  
se ipso alijs, & alijs tempori-  
bus; ex quo idem præsumi-  
mus de cæteris hominibus; ac  
proinde non possumus esse  
certi, quòd dum designamus  
calorem, qui est in hac aqua  
ex g. cæteri experiantur ibi  
tantam intensionem, quantā  
nos experimur, atque adeò in-  
telligent per nomen quod in-  
ter nos atque illos statuitur, il-  
lam

De Sacramen. Cap. XI. 209  
lam intensionem, quam intel-  
ligimus nos. Quo circā hæc  
nomina significantia tantam  
magnitudinem potuerunt so-  
lum imponi magnitudini ex-  
tensionis, quippe quæ potest  
esse certa ex super impositio-  
ne alicuius determinatæ, &  
individuæ mensuræ, ex g. pal-  
mi in qua omnes nominis im-  
positores conueniant, & quæ  
in loco publico afferuetur, ut  
cūstis pateat. Et aliquid simi-  
le fit in designandis nominis  
bus pro magnitudine pon-  
deris.

134 Sicut tamen vnuſquis-  
que experitur magnitudinem  
absolutam caloris, frigoris &c.  
ex qua per memoriam statim  
colligit, A. ex g. fuisse frigi-  
dius, quam B. vbi excessus est  
nota-

notabilis; ita quisque experit  
tur in se magnitudinem abso-  
lutam amoris, ex qua statim  
colligit, ubi excessus fuit no-  
tabilis, se magis per amorem  
appretiasse A. quam B. Ex hac  
ergo regula infertur solutio  
multarum interrogationum, ex g.  
cur validè ordinetur excom-  
municatus ignoratus ab ordi-  
nante. Quamuis enim ordi-  
nans amauerit hoc obiectum  
quod est, non ordinare excom-  
municatum ne ignoratum quidem  
magis tamen amauit, & de-  
buit amare hoc aliud quod  
est, non facere Ordinationem in-  
validam ex defectu intentionis,  
propter gravissima incommo-  
da, quae sequentur, si de  
hac invaliditate posset pru-  
denter ex defectu intentionis  
du-

dubitari. E contrario dās eleemosynam pauperi ficto censorur magis amare hoc quod est; *non transferre dominium pecuniae in deceptorem, quām transferre illud in hunc hominē.* Ergō non transfert. Et per hoc tandem explicatur id quod dicitur in 1. 2. de ignorantia antecedenti, vel comitanti quando enim negatio prædicati ignorati magis amabatur actu vel habitu, quām prædicatum in actione scitum, dicitur actus esse ortus ex ignorantia antecedenti quando se- cūs ex comitanti.

135 Quod si amor appretiatio- rius inter duo obiecta simul volita, & materialiter incom- possibilia fuerit æqualis, nihil agitur. Neutra enim pars est ma

magis volita, quam nolita.  
Qui casus licet videatur metaphysicus quoad veritatem, potest tamen moraliter contingere ut de tali excessu omnino dubitemus, vel habeamus utrinque probabilitatem, & in eo casu seruandæ sunt communes regulæ de redubia, vel de utrinque probabiliti.

136 Reliquum est constitutere regulas super altera parte quæstionis, hoc est quando duæ voluntates aut formaliter aut materialiter oppositæ non extiterunt simul. Et quidem si posterior voluntas fuerit cum memoria, & reuocatione prioris oppositæ, certum est posteriorem esse præferendam. *Vnusquisque enim validè*

dè reuocat eas voluntates, per  
quas non transtulit ius in al-  
terum: quippe se sibi nemo po-  
test obligare. Quocircà per  
voluntatem præteritam nemo  
perdit potestatem dominij præ-  
sentis. Imò si homines semper  
actu cogitarent de omnibus  
ijs rebus quas habent in do-  
minio, voluntas præterita es-  
set planè inefficax in ordine  
ad disponendum de rebus  
nuno, & ad obligandos sub-  
ditos nunc. Sed propter ne-  
cessariam distractionē cogita-  
tionis humanæ expediens fuit  
ut de rebus meis fiat nunc id  
quod vltima vice decreui fa-  
ciēdū de illis in ordine ad hoc  
tempus, hoc enim est verisimi-  
le quod mihi posteà placebit,  
cùm illud factum rescinero.

Quan-

137 Quando autem voluntas posterior non revocat priorem quia non cognoscitur incompossibilitas inter obiecta utriusque, tunc decernendum est de illis duobus ac si coexisterent, & illa præualet quæ magis appretiatiuè amat obiectum. Ita si Abissinus semel decreuit non inire coniugium indissolubile; & postea decernit inire verum coniugium hic & nūc ignorans de ratione veri coniugij esse indissolubilitatem, sed minus appretiatiuè amans nunc coniugium, quam anteà amauerit negationem coniugij indissolubilis, nihil agit. Item si Sacerdos heri applicauit sacrificium hodiernum pro Patre, ac hodiè immemor applicat illud

illud idem pro amico , præua-  
let applicatio hesterna, quippe  
quæ magis appretiatiuè ama-  
uit obiectum suum, quàm ho-  
dierna. Nam illa volūtas præ-  
terita non fuit reuocata , ac  
proinde moraliter perseverat;  
sicut ergo præualeret si actu  
existeret, ita præualet de facto.  
Si tāmen illæ voluntates fue-  
rint æquales appretiatiuè po-  
sterior præualet , & pariter  
præualet in dubio vtra fuerit  
maior. Potior enim est condi-  
tio volūtatis præsentis, quàm  
præteritæ, cùm præterita ex  
sola præsumptione habeat ef-  
ficacitatem, vt explicauimus.  
Inter præteritas verò præsū-  
ptio potior est pro voluntate  
posteriori vt pote postquā mi-  
nor mutatio est facta in nobis.

Quod

138 Quod si volūtas p̄f-  
fens aut posterior sit formaliter  
opposita priori, hoc est, ve-  
lit obiectū explicitē contra-  
dictorium, tunc aliqui putant  
adhuc priorem p̄fualere, si  
hæc fuerit vniuersalior, aut si  
habuerit clausulam irritatiuā  
cuiuscumque contrariæ po-  
sterioris, uno verbo si habuerit  
reflexionem suprà omnem  
voluntatem oppositam poste-  
riorem, eamque ex tunc irrita-  
uerit; quod confirmatur exē-  
plo testamenti prioris, quod  
p̄fualeret posteriori, si prius ha-  
buit clausulam irritatēm cu-  
iuslibet testamenti oppositi,  
quæ clausula postea non reuo-  
cetur in testamēto posteriore.

139 Hæc tamen doctrina  
nobis nō p̄obatur. Quis enim  
dicat,

dicat, si Sacerdos . qui heri ap-  
plicauit sacrificium futurum  
hodiernum pro amico cum  
clausula irritatiua cuiuscumq;  
futuræ applicationis cōtrarię,  
postea immemor huius volū-  
tatis applicet illud idem pro  
suo Patre , qui ex improviso  
est mortuus , priorem volun-  
tatem potiūs quām posterio-  
rem habituram effectum? To-  
ta ergò efficacia illius clausulę  
irritantis , & illius reflexionis  
reuocantis omnem voluntatē  
posteriorem oppositam con-  
sistit in hoc, vt aliqua ignorā-  
tia antecedens inualidet actū,  
quæ alias eum non inualida-  
ret . Pro qua re aduertendum  
est, non fuisse expediens vt ef-  
fectus nullus, omnis actus qui eli-  
citur ex ignorantia , vel inad-

uertentia oppositionis cum  
alio obiecto magis amato in  
particulari. E.g. sæpè Princeps  
concedit aliquid petenti falsò  
putans eum esse sibi beneuo-  
lū, quem si sciret esse sibi ma-  
leuolum, nihil ei concederet.  
Nec tamen eiusmodi conces-  
siones sunt irritæ. Si enim hoc  
esset, dubitari posset frequen-  
tissimè de validitate legum ,  
concessionum , donationum  
&c. Quocircà ius naturale , &  
positium obligant ad habē-  
dam quamdam voluntatem ,  
præualentem vniuersalem ,  
per quam magis ametur vali-  
ditas talis actus ritè facti hic,  
& nunc quām negatio alicu-  
ius obiecti mali, & displicantis  
in quod per talem actū igno-  
ranter incurrimus : exceptis  
qui-

quibusdam certis, & determinatis obiectis ad quæ homines communiter, & vehementer afficiuntur, per quorum proinde ignorantiam ius naturale, vel positivum voluit actum esse irritum.

140 Cæterum sicut Princeps potest condere legem, qua statuat inualidam fore omnem concessionem in tali certa circumstantia si hæc à Principe ignoretur, ita potest idem statuere vnuusquisque priuatus in rebus, super quibus habet ius disponendi; & quidē id potest licet; dummodo id innotescat alijs ad quos pertinebit; quomodo lex Principis innotescit toti populo. Et quia vota, applicationes sacrificiorum, & alia huiusmodi

K 2 per-

220 *Liber Sextus*

pertinent ad solum Deū, ideo  
in ordine ad illa satis est si hęc  
voluntas pateat Deo. In ordi-  
ne verò ad alia in quibus agi-  
tur de præiudicio tertij tene-  
tur agens id patefacero ipsi  
tertio; quod ni fecerit, in foro  
externo perinde iudicatur ac  
si illæ clausulæ irritatiuæ clan-  
destinæ fuerint posteà reuoca-  
tę per ipsum actum manifestū  
contrarium: tenebatur enim  
agens eas vel manifestare, vel  
reuocare. In foro tamen inter-  
no, actus est nullus, si re ipsa  
reuocatæ non fuerint. Imò etiā  
in foro externo illæ clausulæ  
irritatiuæ sustinentur, quando  
vel ob iustum metum, vel ex  
alia causā licebat eas alteri nō  
aperire.

141 Interest tamen inter  
leges

leges Principum, vel actus pri-  
uatorum inferentes obligatio-  
nem actiuam, aut passiuam  
alicui tertio ex yna parte, &  
inter alios actus priuatorum  
respicientes solum Deum de  
quibus supra, ex alia parte;  
Nam leges, tanquam publica  
mensura liciti, atque illiciti  
debent esse manifestæ, & in-  
dubiæ. Quo circà etiamsi for-  
tè Princeps quando aliquid  
concedit, multò plus amat,  
validitatem huius concessio-  
nis, quàm anteà amauerit ne-  
gationem concessionis validę  
futuræ in tali circumstantia  
ignorata, adhuc cōcessio erit  
nulla, ex vi illius annullatio-  
nis vniuersalis si lex illa fuit  
legitimè promulgata; Et idem  
valet de actibus priuatorum

K 3 dan.

dantibus ius, aut obligantibus  
tertium, adeoque præbētibus  
aliqualem mensuram liciti,  
& illiciti ipsi tertio. At verò a-  
ctus priuatorum respicientes  
solum Deum, cuiusmodi sunt  
applicationes sacrificiorum, &  
vota, habent validitatem,  
quamuis non sit reuocata ex-  
plicitè clausula præcedēs an-  
nullatiua, & palam promul-  
gata, dummodo ipsi actus fe-  
rantur in obiectum maiori af-  
fectu appretiatio, quām fue-  
rit ille per quem agens voluit  
non valere suum actum gestū  
sine memoria contrarię vo-  
lūtatis præcedentis, Deus e-  
nīm benè, & sine vlla ambi-  
guitate videt, an hic exces-  
sus amoris verificetur nec ne.

142 Ac proinde si quis de-  
cer-

cernat nunquam emittere  
vota, & velit ea omnia si forte  
immemor huius praesertim vo-  
luntatis emiserit esse irrita-  
nisi explicitè reuocet volūta-  
tem praesentem, idque pro-  
mulget; Et postea horum pla-  
nè immemor, sed ex seria de-  
liberatione, & maiore volun-  
tate appretiatiua emitat ali-  
quod votum, tenebitur illud  
seruare. Secùs est de profes-  
sione: nam hæc inuoluit con-  
tractum cum Religione, ac  
proinde eius validitas debet  
esse exterius nota. Quare de  
illa philosophandum est sicut  
de contractibus, & sicut mox  
dicemus de Sacramentis.

143 In Sacramentis ergo  
si clausula annullatiua sit à  
ministro legitimè promulga-

K 4 ta

ta, quamvis posterior volūtas  
opposita esset maior, non suf-  
ficeret ad validitatem, quia,  
validitas Sacramēti in eo casu  
non esset sensibilis, quippe in-  
tentio per signa externa non  
constaret. Si verò talis clau-  
sula annullatiua sit promul-  
gata, sed non legitimè, perin-  
de est ac si sit mente retenta,  
nam pr̄sumptio est quòd sit  
reuocata, quoniam ille ita fa-  
cere tenetur, & dū ministrat,  
censetur habere omnem illam  
intentionem quam debet, ac  
proinde eius intentio confi-  
ciendi Sacramentum modò  
ad sit, est sufficienter sensibilis  
per actionem externam. Ade-  
rit verò tunc sufficiens inten-  
tio, si detur ille excessus amo-  
ris, quem supra exposuimus.

In

*De Sacrauen. Cap. XI. 225*

In quo casu pariter erit valida  
professio facta contrà clausu-  
lam irritatiuam omnis voti  
futuri mente retentā . Et quo-  
niam hæc clausula quatenus  
vult annullare professionem  
futurā, exteriùs validā, est de  
obiecto illicito, & ex alia parte  
voluntas non profitendi ex-  
teriùs nisi validè, est de obie-  
cto necessario ad amicitiam  
Dei, semper censeri debet hæc  
volūtas fuisse appretiatiuè ma-  
ior quām illa , & sic professio  
censetur valida.



K 5

CA

## C A P V T XII.

*An Sacra menta causent gratiā  
ex opere operato, & quid  
hoc sit.*

144

**C**onstat ex fide, Sacramēta nouæ legis causare gratiam. Inter omnia tamen Sacramēta sola Eucharistia causat illam solū primò, & per se, & independēter à remissione peccatorum, vel ab impressione characte- ris, aut ullo alio effectu ad quē specialiter ordinetur. Ideò an- tonomasticè sumit nomen à *Gratia*. Hanc gratiam Sacra- menta nouæ legis producunt *ex opere operato*, quem modū loquendi à Scholasticis inuē- tum,

145. Discrimen inter fructū  
ex opere operato & ex opere  
operante secundūm germanū  
sensū Scholasticorū, ac præser-  
tim S. Thom. in 4. dist. 1. q. 1. ar-  
5. in corpore quæstiuncula 1.  
non est, quod primum sit ex  
merito alterius dante valorē  
actioni etiam præcisa omni  
bonitate morali ipsius actionis  
alterū sit aliquo modo ex me-  
rito operantis actionem, sed  
in hoc, quod primū dicit vim  
obtinendi aliquid per se con-  
ferens ad salutē, quæ vis pro-  
ueniat operi ex arbitrio Dei,  
sive hoc arbitrium fuerit ortū  
ex merito præcedēti alicuius,  
puta Christi, sive non; secun-

K 6 dum

dum verò habet vim saltem  
partialem ex sua propria bo-  
nitate. Ideò si martyrium cō-  
fert gratiam suprà meritum  
actus boni præcedentis mor-  
tem, confert illam ex opere  
operato; Nam quòd ad tales  
actus bonos sequatur occisio  
sæpè ex improviso, atque in-  
aduertente ipso occiso, nullā  
addit nouam actionem bonā;  
& tamen eiusmodi occisio est  
necessaria ut conferatur talis  
gratia.

146 Hinc est, ex vna par-  
te, Sacra menta nouæ legis cō-  
ferre gratiam ex opere opera-  
to, quia non requirunt, bonā  
esse actionem Ministri per  
quam complentur; ex alia  
parte Sacra menta vetera, ac  
nominatim Circumcisionem,

vt

De Sacramen. Cap. XII. 229  
vt ait S. Thomas loco citato,  
& vt infrà probabimus, contu-  
lisce gratiam ex opere operā-  
tis, & dependenter à merito  
ipsius ministri. Item Indulgen-  
tiæ, & sacrificium prosunt ex  
opere operato, quia prosunt  
dependenter ab applicatione  
quæ potest esse non bona.

### C A P V T. XIII.

*An Sacra meuta vetera causa-  
rent gratiam, & quomodo.*

147 **T**ota difficultas in  
hac quæstione est  
super conciliandis testimonijs  
scripturæ, & Patrum. Nam ex  
vna parte cum in primitua  
Ecclesia Iudæi ad fidem con-  
uersi vellent retinere ritus Iu-  
dæi.

daicos, ac præsertim circumci-  
sionem, quasi necessariam ad  
salutem; & ex hoc capite  
arrogarent sibi quamdā præ-  
eminentiā supra conuersos ex  
Gentilitate, acriter contra-  
hunc errorem Paulus inuehi-  
tur tum *ad Romanos* 3. ¶ 4.  
tum *prima*, *ad Corinib.* 7. *ad*  
*Galatas* 4. *ad Coloff.* 2. *ad*  
*Heb.* 2.9. et 10. Docet ibi Apo-  
stolus in summa, ritus illos nō  
fuisse nisi figuram gratiæ cō-  
ferendæ in nouo testamento.  
Cæterūm, Hæbreos ante Chri-  
stum nō fuisse iustificatos per  
illos ritus, neque per obseruā-  
tiam legis Iudaicæ, sed per fi-  
dem. Sic Abraham fuisse iu-  
stificatum non per circumci-  
sionem, sed antea, quia *credi-*  
*dit Deo, & reputatum est ei ad*  
*iu-*

De Sacramen. Cap. XIII. 231  
iustitiam: Adeoque, veros  
Abrahamitas esse eos qui sunt  
successores Abrahæ (qui di-  
ctus est Pater credentium) se-  
cundūm spiritum, non secun-  
dūm carnem, ac proinde non  
magis Iudæos quām cæteros  
in Christum credentes. Ex  
quibus concludit, ritus illos,  
ac nominatim Circumcisionē  
non esse amplius seruandos, ut  
potè qui erant meræ figuræ, &  
vmbræ Christi, & nouæ legis  
futuræ, ac propterea his ad-  
uenientibus iam cessasse.

148 Ex hac Pauli doctri-  
na manauit hæc persuasio in  
Ecclesia, Sacra menta veteris  
legis non fuisse causas grariæ,  
sed tantum signa; quod pari-  
ter docet Concilium Floren-  
tinum in instructione ad Ar-  
minios,

Ex

149 Ex alia parte cùm  
Pelagius negaret peccatum  
originale, & Augustinus co-  
naretur eum conuincere non  
tantum dictis noui testamen-  
ti, sed etiam veteris; inter cæ-  
tera usus est illo Genesis 17.  
vbi cùm interpres noster le-  
gat: *masculus cuius præputij ca-  
ro circumcisæ non fuerit, delebi-  
tur anima illius de populo suo*;  
tunc secundum versionē 70.  
post vocem *caro* addebantur  
hæc verba, *oītauo die*. Cum  
ergo Deus secundum illam le-  
ctionem, videretur intermitta-  
tus poenam paruulis incircu-  
cisis, & hæc non conueniret  
omissioni circumcisionis, ut  
potè quæ omissione non erat eis  
voluntaria, debuit esse poena  
peccati originalis, à quo non  
dissi

nisi per circumcisionem ex-  
metentur. Proinde putauit  
Augustinus, circumcisionem  
suisse remedium peccati ori-  
ginalis.

150 Hæc sententia, licet  
nitatur fundamēto valde du-  
bio tum quia nostra Vulgata  
alirer legit, tum quia etiam  
emendatior Versio 70. edita  
iussu Sixti V. diuersa est, tum  
quia illa eadem verba recipiūt  
alium sensum, ut fatetur Au-  
gustinus in libris *de Ciuitate*  
magnam tamen habet aucto-  
ritatem ex ipso nomine Au-  
gustini, cuideind. ad stipula-  
ti sunt Gregorius, Bernardus,  
& Innocētius in Cap. *Maiores*  
debaptismo. Quin etiam cùm  
videretur incongruum diuinæ  
bonitati permettere, ut fœmel-  
lae

læ omnes etiam Iudæorum ,  
& Infantes quicumque extræ  
populum Iudæum carerent  
remedio peccati originalis ,  
sensit idem Augustinus , fuisse  
aliquid Sacramentum in le-  
ge Naturæ per quod pueri iu-  
stificantur , quamquam no-  
bis ignotum ; cui sententiæ ad-  
hæserunt multi Patres , &  
omnes ferè Scholastici , quam  
uis in eo explicando sint va-  
rij . His positis , cum pecca-  
tum non deleatur , nisi per  
gratiam , videntur & circum-  
cisio , & vetus illud Sacramen-  
tum legis naturæ non fuisse  
merū signum , sed causa gra-  
tiæ .

151 Nec soluitur difficultas  
si dicatur , ea nō fuisse physicas  
causas gratiæ ut nostra , sed  
me-

meras causas morales; Primò quia per hoc non saluatur quod ponit Paulus, & cum eo veteres Patres, & S. Thom. quòd non circumcisio, sed fides iustificaret; nam etiam ipsa fides parentum, cui tribuitur id quod negatur circumcisioni, non erat causa physica, sed moralis iustificationis. Secundò, quia Paulus contemnit Sacra menta illa ut egena, inania, infirma, & meras umbras, hunc autem contemptum nō merentur in aestimatione humana causæ morales, presertim infallibles, alicuius magni boni. Et ideo licet arbor ex. g. sit causa physica pomii, & moneta sit causa tantum moralis eiusdem, in aestimatione tamen hu-

humana non minoris fit moneta, quam arbor: ac propterea ideo inuicem commutantur in contractibus. Medium quippe sumit totum pretium, & ex bonitate finis, & ex facilitate, atque infallibilitate illa causandi, non autem ex modo physico, vel morali.

152 Alij dicunt; vetera Sacra menta non fuisse causas ne morales quidem, sed meras conditiones. At hoc ipsum & difficile explicatur, secundum principia eorum qui videntur hac responsione, cum omne Sacramentum sit signum exhibitum à Deo, ac proinde promissio Dei de effectu infallibili ipsius. Tū verò quia quid quid de hoc sit, si erant media infallibilia ad consequendam

dam gratiam, quomodocumque id haberent, nō merebantur contemni ut egena, & vacua, & meræ umbræ, sicut contemnuntur à Paulo. Nam etiā Intelligentia dum mouet Cœlum, ponit meram conditio-  
nem, hoc est applicationem agentis ad passum in ordine ad effectus physicos, & idem faciunt plures artifices; nec ta-  
men ideo contemnuntur, sed habentur in magno pretio.

153 Censent alij, circum-  
cisionem non comprehendi  
nomine Sacramentorum legis  
veteris à Florentino; quippe  
quæ instituta fuit, & Abraha-  
mo iniuncta, ante legem. Sed  
hoc facile refellitur, nam do-  
ctrina Concil. Flor. desumpta  
est ex doctrina Pauli, qui  
de

238 *Liber Sextus*

de circumcisione præsertim  
loquitur ; & Hæbreos repre-  
hendit de ea superbientes, &  
volentes eius usum retinere.  
Et cum hæc fuerit instituta  
pro sola familia Abrahæ, non  
videtur pertinuisse ad legem  
naturæ uti omnibus commu-  
nem. Sanè Paulus *ad Corin-*  
*thios* ait, *circumcisio nihil est, &*  
*ad Hebreos* secundo de ea  
loquitur dum ait. *Reprobatio*  
*fit præcedentis mandati propter*  
*infirmitatem, & inutilitatem.*

154 Quidam viri docti  
putant circumcisionem iusti-  
ficasse, non quatenus primò  
fuit à Deo instituta, erat enim  
signum foederis inter Deum,  
& familiam Abrahæ cui pro-  
mittebatur possessio Terræ  
Canaam, sed ex eo quod Iu-  
dæi

dæi eam deputauerint pro illa  
actione externa, per quam  
protestarentur fidem ad iusti-  
ficandos pueros in Sacramēto  
legis naturæ. Quare, inquiunt,  
circumcisio formaliter accep-  
ta non iustificabat; materiali-  
ter accepta iustificabat; & per  
hanc distinctionem conciliantur  
dicta Patrum. Sed hoc  
ex multis improbatur. Primò  
quia id non saluat sententiam  
Augustini, ex cuius auctorita-  
te ea manauit ad cæteros Pa-  
tres. Augustinus enim ex citas-  
tis verbis Scripturæ colligit id  
suisse ex institutione diuina,  
cui etiam concinit Innocen-  
tius in dicto cap. *Maiores*. Se-  
cundò quia de hac humana,  
& legitima deputatione facta  
ab Hebræis nullum verbum  
habe-

habetur neque in Scriptura, neque in Philone aut Iosepho accuratissimis rerum Iudaicarum narratoribus. Tertio quia quomodocumq; circumcisio fuisse requisita ad iustificandum vel ut circumcisio, vel ut actio protestativa fidei, non potuissent dicere S. Paulus, & ex eo alij Patres, & S. Thomas, iustificationem non fuisse ex circumcisione, sed ex fide. Quemadmodum a nemo dicet gratiam in matrimonio non haberi ex verbis, sed ex cōsen-  
su, quamuis & verba adhibeā-  
tur, ut signa consensus, & loco  
verborū possint adhiberi alia  
signa consensus, ita ut verba  
non sint necessaria quatenus  
formaliter verba.

155 Necesse est igitur ex  
yna

De Sacramen. Cap. XIII. 241  
vna parte asserere, ne circūci-  
sionem quidē vlo modo faisse  
utilem ad iustificandū, ex alia  
parte eam faisse remedium  
peccati , quæ duo videntur  
pugnantia. Vtrumque tamen  
defenditur, si dicamus, iustifi-  
cationem puerorum faisse af-  
fixam à Deo illi merito, quod  
exercebatur à ministro in vo-  
luntate executiva protestandi  
fidem hic & nunc per circū-  
cisionem : quæ voluntas exe-  
cutiva habet modum tēdendi  
diuersum à voluntate eiusdē  
obiecti tanquam absentis . Et  
ideò meritū boni operis quod  
exequimur, est semper maius  
ac diuersæ rationis, quam bo-  
ni operis quod proponimus,  
veldesideramus . Et verò, re-  
quisitam faisse fidem superna-

L tura-

turalem ad iustificationem in circumcisione obtainendam, colligitur tum ex Paulo, qui totum tribuit fidei, tum ex D. Thoma suprà citato, & infra citando, qui ait, in circumcisione collatam esse gratiam ex opere operante & ex merito de congruo.

156 Hoc posito, ex una parte verum est, circumcisio nem fuisse remedium peccati originalis, sicuti dicimus eleemosynas, psalmodias, &c. esse remedia ad acquirendam vitā æternam, licet totum meritū situm sit in interiori actu: quia illa volitio interior executiva accipitur in communi sermone per modū unius cū actio ne externa ad quam ipsa ordinatur, & à qua non potest se-

pa-

pa rari. Ex alia parte verum  
erit dicere, Iudæos non fuisse  
iustificatos per circumcisionē  
sed per fidem, quia totum me-  
ritum erat in illo actu fidei, in  
qua, vt ait S. Thomas 3. p.  
quæst. 62. ar. 6. Christus existe-  
bat intentionaliter; & per eam  
existentiam causabat gra-  
tiam, quam postea potuit  
causare per existentiam physi-  
cam, & realem. Sicut verum  
est dicere, totū meritum elec-  
mosynæ, vel iejunij, &c. esse  
non in exteriori actione, sed  
in interiori pietate, & charita-  
te. Et hoc modo explicatur in  
numeri Patres dicentes circum-  
cisionem nihil contulisse ad  
iustitiam, sed fuisse merum  
signum populi Hebræi, & fi-  
guram nostri baptismatis fu-

L 2 tu-

turi: idque probant, quia alio-  
quin fœminæ omnes, ac præ-  
sertim Sara, Rebecca, & aliæ  
sanctissimæ, non debuissent  
carere hoc munere. Nempe  
id totum verificatur, quia cir-  
cumcisio ex se erat merum si-  
gnum, illa verò protestatio in-  
terior poterat in fœminis, & in  
masculis extra familiā Abra-  
hæ, pro quibus à Deo non  
erat præscripta circumcisio,  
versari circà alias actiones.

157 Item optimè expli-  
catur quomodo Paulus voca-  
uerit circumcisionem planè  
inutilem, & *nihil*, quod vide-  
tur non posse dici de illis a-  
ctionibus externis bonis, quæ  
cōcomitanter requiruntur ad  
interius meritum, quales sunt  
ieiunia, recitationes precum-  
&c.

&c. Explicatur, inquam, optimè hoc, nam circumcisio, secundum se accepta, semper fuit inutilis; ut verò obiectum fidei interioris meritoriae, euaserat inutilis tempore Apostoli. Nec enim poterat amplius esse figura Christi passuri, & baptismi ab eo instituendi, cū vtrumque iam aduenisset, ac proinde Circumcisio tunc ad id significandū adhibita, iam non fuisset signum fidei, sed infidelitatis, sicut vniuersa lex ceremonialis antiqua.

158 Porrò D. Thomas aper-  
tè est pro hac sentētia Nā in 2.  
scripto super 4. sēt. dist. p. q. 2. ar.  
p. ad primū ait, in lege naturē  
fidē informē parentū satis fuis-  
se ad iustificationem puerorū,  
quia etiam fuisse mortua quoad

L 3 me-

meritum de condigno, non tamen de congruo, vel quamuis sit mor tua quoad subiectum proprium, non tamen quoad obiectum. Requirit ergo in eo Sacramento (de quo philosophatur perinde ac de circumcisione) fidem supernaturalem quippe meritioriam gratiae de congruo; sed quoniam poterant dari alia merita de congruo maiora, quae tamen hanc gratiam non obtinebant, ait, eam fidem non fuisse mortuam quoad obiectum; videbat enim iam tum ibi Christus quamdam vitam obiectuam, & intentionalem, ratione cuius habebat efficaciam iustificandi, ut explicat 3. p. quæst. 62. laudato articulo 6. Et porrò 3. parte tum quæst. 61. art. 3. ad secundum.

dū tum quæst. 60. art. 5. ad ter-  
tium docet, Sacra menta in na-  
tura lapsa semper fuisse neces-  
saria, sed in lege nature, & an-  
te Abraham nō fuisse cōstitu-  
ta à Deo in certis actionibus,  
sicut postea. Ait tamen quæst.  
70. art. 4. & clariūs in 2. scripto  
super 4. sentent. distin. 1. quæst.  
2. art. 2. in ordine ad illos, sicut  
etiam in ordine ad eos, si qui  
sunt, qui obierunt in deserto,  
fuisse sufficientem ad iustifi-  
candum talem fidem sine ullâ  
protestatione exteriori. Rursus  
quæst. 62. art. ultimo ad tertium  
ait, Circumcisio sicut & alia  
Sacra menta veteris legis (vide,  
nullum discriminem inter ea,  
S. Doctorem posuisse) erat so-  
lum signum fidei iustificantis;  
vnde Apostolus dicit ad Roma-

L 4 nos

nos 4. quod Abraham accepit si-  
gnum circumcisionis, signacnlñ  
iustitiae fidei; & id ò in circum-  
cisione conferebatur gratia, in-  
quantum erat signum passionis  
Christi, ut infrà patebit. Deni-  
que quæst. 70. præsertim ar. 4.  
in corpore sic habet. Ab omni-  
bus communiter ponitur quod  
in circumcisione peccatum origi-  
nale remittebatur, & poste à re-  
iectis varijs dicendi modis, ait.  
In circumcisione conferebatur  
gratia quantum ad omnes effe-  
ctus, aliter tamen quam in bap-  
tismo. Nam in Baptismo conser-  
tur gratia ex virtute ipsius Bap-  
tismi quam habet in quantum  
est instrumentum passionis Chri-  
sti iam perfectæ: In circumcisio-  
ne autem conferebatur gratia  
non ex virtute circumcisionis, sed

ex

De Sacramen. Cap. XIII. 249  
ex virtute fidei Paſſionis Chri-  
ſti, cuius ſignum erat circumci-  
ſio. Ita ſcilicet quod homo, qui  
accipiebat circumciſionem, pro-  
fitetur ſe ſuſcipere talem fidē,  
vel adulius per ſe, vel alius pro  
paruulis. Vnde & Apoſtolus di-  
cit ad Romanos 4. quod Abrahā  
accepit ſignum Circumciſionis  
ſignaculum iuſtitiae fidei: quia  
ſcilicet iuſtitia erat ex fide ſi-  
gnificata non ex circumciſione  
ſignificante.

159 Ex quibus omnibus  
patet, Sanctum Doctorem  
tribuisse iuſtificationem ſoli fi-  
dei tanquam merito de con-  
gruo, in lege quidem naturae,  
fidei applicatae etiam per ſo-  
lum aetum internum, in lege  
verò ſcripta, & quoad niſcu-  
los, illi fidei quæ exercebatur.

L S &

250 *Liber Sextus*

& significabatur in actu cir-  
cumcisionis. Quæ est ipsissima  
nostra sententia.

160 Obijciunt aliqui te-  
stimonium August. *lib. p. con-*  
*tra Crasconium cap. 31.* vbi  
probat, Baptismum collatum  
inter hereticos iterandum nō  
esse post conuersionam ad fi-  
dem, eo quod non iteraretur  
Circumcisio facta inter Sama-  
ritanos, qui erant heretici Iu-  
deorum, cum quis eorum  
transibat ad Iudeos. Ex quo  
testimonio inferunt, ad cirūci-  
sionem collatiuam gratiæ nō  
fuisse necessariam veram fidē,  
alioquin predicta circumcisio  
fuisset iteranda tamquā inuti-  
liter collata. Sed respondetur  
primo, argumentū nimis pro-  
bare. Nam certè si circum-  
cisus

De Sacramen. Cap. XIII. 25  
cicus fuerat adultus in heresi  
Samaritanorū permanēs, quis  
dicat eum fuisse iustifica, tū: &  
tamen ex doctrina Aug. non  
erat iterum circumcidendus.

161 Id ergo quod August.  
ibi intendit probare, est, sicut  
non erat iterabile illud si-  
gnum fidei, & illa umbra no-  
stri Baptismi (sic enim loqui-  
tur) quod signum confereba-  
tur in circumcisione quamuis  
collatum esset sine vera fide,  
ita neq. nostrum Baptismum  
ex hoc capite iterandum. Ce-  
terū in hoc ipso quod umbrā  
vocauit, agnouit proprium  
discrimen, inter ipsam & rem  
solidam, quod scilicet altera  
tantū representat, id quod  
altera verè facit.

162 Baptismus ergo no-  
L 6 ster

ster & gratiam caufat nisi o-  
bicum inueniat & si eum in-  
ueuerit, caufat illam, vbi ob-  
ex remoueatur: quorum neu-  
trum efficiebat circumcisio.  
Et ideò status Christiano-  
rum est melior, quam fuerat  
status Hebræorum, quippè  
qui habet efficaciora reme-  
dia peccati tum originalis,  
tum personalis. Quamuis vter-  
que status conueniat in hoc,  
quòd habuerit remedia pec-  
cati originalis, per se quidem,  
omnibus pueris sufficientia  
per accidens vero defectibilia,  
ut eueniebat in illis pueris  
Hebreorum qui vel moriebū-  
tur in ventre matris, vel cir-  
cumcidebantur sine fide re-  
quisita ministri, qui que postea  
nō iustificabūtur per sacramē-  
tum

De Sacramen. Cap. XIII. 253  
tū legis naturę (quo modo iusti-  
ficatos fuisse in deserto & ante  
octauū diē periclitates, docet  
S. Th. in. 4. dist. 2. q. 2. questio-  
nū 1. da 3. & 4.) & ut contin-  
git in illis pueris Christiano-  
rum, qui moriuntur in ventre  
matris, aut sine copia aquæ,  
vel Baptizantis. Nam in ordi-  
ad pēnam damni, quippe pri-  
uantem non bonis naturali-  
bus, sed tantum gratuitis, non  
est a Deo constitutum ut qui-  
libet possit eam vitare, sicut  
in ordine ad pēnam sensus.

163 Quod autem Aug.  
non existimauerit, ritum Cir-  
cumcisionis iustificare, apertè  
constat ex Epist. ipsius Aug. ad  
Hiero. 97. inter Epist. Hiero.  
Si ergò inquit illud quod lex  
ait: Nō concupisces: si humana  
infir-

254      *Liber Sextus*  
infirmitas gratia Dei adiuta non  
fuerit, sub se reum tenet, & præ-  
ua. icatorem potius damnat, quā  
liberat peccatorem: quāta magis  
illa quæ significationis causa præ-  
cepta sunt, circuncisio, & cetera  
quæ r̄evelatione gratiæ latius in-  
notescente necesse fuerat aboler,  
iustificare neminem poterant?

164      Neque ex hac doctri-  
na colligitur, potioris condi-  
tionis fuisse ceteras gentes iu-  
stificabiles per fidem sine cir-  
cumcisione, quām Iudæos nō  
iustificabiles extrā casum ne-  
cessitatis nisi per eā fidē quæ  
exercebatur in actu circumci-  
sionis. Id enim soluitur per ea  
quæ habet Apostolus ad Ro-  
manos 4. *Quid igitur amplius  
Iudeo est, aut quæ utilitas cir-  
cumcisionis nullum per omnem*

mo-

De Sacramen. Cap. XIII. 255  
modum; primūm quidem quia  
credita sunt illis eloquia Dei.  
Hoc ergo erat per quod Iu-  
dæi poterant gloriari; Non se-  
cittaliter omni Nationi; quia  
scilicet Deus credidit eis sua  
eloquia signata tūm litteris in  
Scriptura, tūm mysterijs, &  
ceremonijs in Sacramentis.  
Cum igitur ad iustificatio-  
nem paruulorum esset neces-  
faria fides explicita venturi  
Redemptoris; hæc utique lon-  
gè facilius habebatur inter Iu-  
dæos, vbi hæc fides in ipso vſu  
circumcisionis vigebat, quām  
inter alios populos, ad quos  
tenuis notitia huius reuelatio-  
nis manauerat. De reliquo;  
certum est, in aliqua parte  
suisse grauiorem conditionem  
Iudæorum, vt potè qui multis,

& arduis præceptis tenebantur, à quibus aliæ gentes erant solutæ; & sanè ipsa circumcisio erat Iudæis necessaria in omnium sententia saltem necessitate præcepti; quod non imponebatur alijs gentibus.

165- In tribus quidem Paulus æquiparat Gentiles Iudeis, dum subdit. *Quid ergo præcedimus eos? nequaquam, causati enim sumus, Iudeos, & Græcos omnes sub peccato esse &c.* Primum est, quod tam illi post lumen rationis, quām hi post notitiam legis scriptæ, nō intelligebātur adhuc iusti, nec per eiusmodi meram cognitionem potentes ad eas leges seruandas; adeòque manebat sub peccato. Alterum est, quod sicut Gentiles per opera naturæ

*gala*

De Sacramen. Cap. XIII. 257  
ralia non liberabantur à pec-  
cato, ita neque Iudæi per mera  
opera legis scriptæ: quia inquit,  
*ex operibus non iustificabitur  
omniscaro coram illo.* Tertium  
est, quod utriusque poterant iu-  
stificari per Fidem Christi. Iu-  
stitia enim Dei, inquit, per fidem  
Christi in omnes qui credunt in eum:  
nō enim est distinctio. Et postea.  
Quoniam quidem unus est Deus  
qui iustificat circumcisionem ex  
fide, & præputium per fidem.

166 Notandum est etiam,  
differentiam legis factorum, &  
legis fidei, vel gratiæ, item ve-  
teris, & noui testamenti, non  
fieri ab Apostolo secundum  
tempora; Nam etiam ante  
aduentum Christi erat lex fi-  
dei, & gratiæ in illis homini-  
bus qui iustificabantur; & ipsi  
pertin-

pertinebant ad nouum testa-  
mentum, in quo scilicet factæ  
sunt promissiones filiales, cōue-  
niētes filijs liberæ, & nō tātūm.  
seruiles, conuenientes filijs an-  
cillæ: hoc est promissiones de  
fruitione æterna illius boni  
quo fruitur ipse increatus Pa-  
ter; & nō de fruitione tēporali  
rerum inferiorū, quæ nihil au-  
gent fælicitatem ipsius Patris,  
atque adeò quæ non sunt veræ  
diuinitæ, & vera bona ipsius.

167 Vocatur ergo *lex scri-  
pta* ea quæ literis exarata erat  
in paginis, *lex*, autem, *gratiæ*  
quæ per diuinæ inspirationes  
signata erat in cordibus; *Vetus*  
*testamentum*, id quod promit-  
tebatur obseruantibus illas  
ceremonias legales secundūm  
corticem verborum; *nouum*,

te-

*De Sacramen. Cap. XIII. 259.*  
testamentum, promissiones fa-  
ctæ habētibus fidem, quæ an-  
te Christum explicabatur etiā  
per illas ceremonias quate-  
nus erant figura futuri Re-  
demptoris. Et in hoc sensu ve-  
rum est, id quod sæpè dicunt  
Patres, in lege scripta, & in ve-  
teri testamento suisle promissa  
tantūm bona temporalia, &  
non vitam æternam. Ita docet  
Augustinus 10. de Ciuit. cap. 15.  
vetus testamentū suisse sic no-  
minatum, quod in figuris rerum  
spiritualium habere videretur  
promissa carnalia, quibus con-  
sonant ea, quæ habet libro 4.  
contra Faustum. Sed de hoc  
luculentissimè inter alios Leo  
magnus serm. 3. de nativitate  
vbi post multa concludit. *Hoc*  
*magnum pietatis Sacramentum*  
*quo*

260 *Liber Sextus*

quo totus iam mundus impletus  
est, tam potens etiam in suis si-  
gnificationibus fuit, ut non mi-  
nus adeptisint, qui in illud cre-  
diderent promissum, quam qui fu-  
sceperent donatum.

C A P V T XIII.

*Ad decernendum super efficacia  
Sacramentorum nouæ legis præ  
mittitur doctrina de potentia  
obedientiali in causis creatis.*

168

**O** Voties dubitatur,  
an aliquod præ-  
dicatum conueniat vel Deo,  
vel creaturis, & cessant omnes  
experienciarum à posteriori tūm  
immediatarum, tum mediatarum,  
debemus illud venari, si licet,  
ex ratione Boni. Cum enim  
Deus sit id quo nihil melius

exco-

*De Sacramen. Cap.XIV. 261*  
excogitari potest, cumque de-  
ratione talis entis sit, ut alia  
omnia ita sint constituta in-  
suis prædicatis essentialibus si-  
cūt pertinet ad perfectionem  
ipsius; hoc ipso quod lumine  
naturæ constabit, pertinere  
ad perfectionem Dei vel quod  
aliquid prædicatum sit in Deo,  
vel quod aliquid prædicatum  
sit in creaturis, colligetur veri-  
tas illius prædicati. Cū ergo vix  
per aliquam experientiam cō-  
stare possit qualis nam effi-  
cientia sit in creaturis in ordi-  
ne ad effectus superantes ea-  
rum naturam, & producibles  
ex absoluto imperio Dei, ope-  
ræ pretium erit secundum  
prædictā regulam philophari.

169 Et primò censemus,  
Deum non esse per se quid ab-  
solutum

solutum à possibilitate creatu-  
rarum; putamus enim nullam  
dari veritatem obiectuam quę  
non radicetur in Deo: ne tota  
rerum natura sit *inconnexa*,  
*tanquam vitiosa Tragædia*,  
ut ait Aristoteles 14. metaph.  
Pertinet ergò ad intrinsecam  
perfectionem Dei, posse aliqua  
creare: Nam ex terminis con-  
stat, esse perfectionē alicuius,  
posse operari liberè, adeòque  
laudabiliter; posse alijs benè  
facere; & alijs præesse; item,  
videre se quid melius alijs o-  
biectis, potius quām si nul-  
lum esset obiectum cui se  
compararet.

170 Hinc autē colligitur, de-  
bere etiā esse possibles creatu-  
ras capaces proprij boni, &  
propriæ fœlicitatis; Nā in has  
tan-

tantum exercetur verum beneficium ; bene facere enim , & , bene recipere , atque adeo , bene habere , sunt correlativa .

171 Rursus , nisi haec forent possibles , nullae essent possibles ; Si quidem diuina sapientia non potest intendere alium finem in creando , quam & aliorum bonum , & suam gloriam , quorum utrumque cessaret nisi essent aliquae creaturae capaces proprij boni : quando istae eadem solae per cognitionem , & amorem possunt afferre gloriam creatori ; ut multis auctoribus , & rationibus hec omnia probauimus in libello de Incarnatione à n. 12. quibus addi potest ratio defumpta ex S. Th. 3. contra Gentiles c. 99. in 5. argu.

argumento. Repraesentatio, inquit, diuinæ bonitatis in rebus est finis productionis rerum à Deo, vbi ex contextu patet, cū loqui non tantum de facto, sed etiam de possibili. Et tamen si nulla esset creatura intellectualis, cessaret hic finis; Nam ipsi Deo intuenti, & cōprehendenti suam bonitatem hæc representatio esset superflua. Idem verò S. Thomas eod. lib. c. 112. & 113. docet tanquam aliquid non quidē Deo arbitratum, sed ex natura rei, adeoque necessarium, cætera non intendi, aut gubernari vlo modo à Deo proper ipsa, sed propter solas creaturas rationales.

172 Ex his verò emergit tertia sequela, scilicet debere esse

De Sacramen. Cap. XIV. 265  
esse possibles creaturas cum  
aliqua potentia effectiua. Quę  
sequela non bene probatur ea  
ratione, quia omnia prædica-  
ta Dei debeant esse commu-  
nicabilia. Nam si res attentè  
spectetur omnia vera præ-  
dicata Dei quatenūs talia,  
sunt incommunicabilia pu-  
ræ creaturæ: sed quoniam  
nos abstrahimus ex ænigma-  
tibus creatis aliquos gradus  
communes Deo, & creaturis,  
ideo in ordine ad nostros cō-  
ceptus ænigmaticos prædica-  
ta quæ attingimus in Deo, ne-  
cessitatem est ut aliquo modo sint  
communicata, ac proinde  
communicabilia. Verumta-  
men quādo intuebimur Deū  
in ipso, videbimus aliquid  
prædicatum Dei simplex, &

M incom,

incommunicabile secundum  
illud *Zacchariae* ultimò pon-  
deratum à S. Thoma i. contrà  
Gent. cap. 31. in fine; in illa dic-  
erit *Dominus unus*, & nomen  
eius unum. Ceterum sunt ali-  
qua prædicata Dei, quæ cognos-  
cimus ex creaturis non qua-  
tenus hæ habent illud prædi-  
catum, sed quatenus dāt Deo  
tale prædicatum in ratione  
formæ extrinsecus, esse crea-  
torem. Sicut ergo hoc in com-  
muni sententia est incommu-  
nicabile creaturis, quid nisi pa-  
riter, esse effectorem, nisi alia-  
ratio afferatur?

173 Ratio igitur cur de-  
buit esse possibilis vis effectrix  
in creaturis, est quia, ut di-  
Gum est, debuit esse possibilis  
creatura capax propriæ se lici-  
tatis

De Sacramen. Cap. XIV. 267.  
tatis, quę felicitas non potuit  
esse identificata cū ipsa crea-  
tura fœlici; Nam pertinet ad  
perfectionem Dei quòd crea-  
tura, postquam est, agnoscat  
suam indigentiam, & debeat  
orare Deum, vt sit potiùs fœ-  
lix quām misera; de qua re-  
latè dixi in libello *de Gratia*  
c. p. Præterquamquod de  
cōceptu fœlicitatis est esse, vi-  
tam, vt notauit Aristoteles. Vi-  
ta autem non potest intelligi  
villus effectus adæquatè pro-  
ueniens à principio extrinse-  
co, qualis esset ea creatura  
per suam solam existentiam  
fœlix, quippequę esset effectus  
Dei: sed vita debet esse vel a-  
ctus à se, & per se subsistens  
qualis est Deus; vel actus  
proueniens effectuè ab eo

M 2      cuius

cuius est actus, qualis est  
vita creaturarum. Et ideo vi-  
ta est aliquid diuinum, quia  
est, habere perfectionem ali-  
quomodo à se. Porrò cùm fœ-  
licitas sit status perfectus, &  
desiderabilis ut melior quām  
quilibet aliis, qui non sit fœ-  
licitas, vtique non possumus  
talem statum concipere in eo  
qui nihil agat, & merè passiuè  
se habeat; quippe nemo no-  
strum, quamvis plena fœlici-  
tate carentium, commutaret  
statum suum cum tali ente.

174 Idem confirmatur,  
quia patet lumine Naturæ,  
nihil esse fœlix nisi per cogni-  
tiones & appetitiones: adeò-  
que pariter nemo nostrum  
commutaret hæc prædicata  
cum quibuscumque alijs per-  
fectio.

De Sacramen. Cap. XIV. 269  
fectionib<sup>us</sup> excogitabilibus.  
Et omnia alia bona, vel mala  
mensurantur tantū in ordine  
ad aliquos eiusmodi actus  
quos facilitat, vel impediunt,  
vt disputauimus in libello de  
*Actibus humanis c. 2.* At co-  
gnoscere, & appetere ex conce-  
ptu suo dicunt agere, & non  
merè pati. Quis enim intelli-  
gat aliquem iudicare, vel ama-  
re obiectum, si is nihil agat,  
sed tancum recipiat in se for-  
mam foris aduenientem? Sanè  
hoc adeò notum est, vt ab ex-  
perientia nostri assensus, &  
amoris habeamus primum  
conceptum experimentalem  
actionis; quem deinde com-  
municamus alijs actionibus  
sub experientiam non caden-  
bus.

M 3 De-

175 Deniq. si debuit posse contingere creaturam capacem fœlicitatis ~~non~~ esse miseram, vt suprà indicaui, (alioquin carentia cuiuslibet miseriæ non deberetur à nobis Deo tāquam beneficium) debuit talis creatura esse libera: nam miseria est malum cuius non potuit esse propriè auctor Dei; sicut est omniū effectum ~~nec~~ ssariorum, sed tantum impropriè, ac permis. siue, vt remouens prohibens: Libertas autem ex suo conce. ptu dicit principium determinans indifferentiam, adeòque dicit vim actiuam.

176 Quarta sequela est, debuisse etiam esse possibles res incapaces propriæ fœlicitatis. Patet, nam ipsa fœlicitas creata

De Sacramen. Cap. XIV. 271  
creata debuit distingui à re  
fölici, ut ostendimus, & se  
habere in ordine ad illam es-  
sentialiter tanquam ad finem  
cui; Ergò non potuit ipsa fœ-  
licitas esse föelix in se. Quin  
etiam debuerunt esse possibi-  
les aliquæ substantiæ incapa-  
ces propriæ fœlicitatis. Nam  
spectat ad perfectionem sum-  
mi entis beare per visionem  
sui, ac proinde (cùm beare sit  
gratia) spectat ad perfectionē  
ipsius esse inuisibilem, nisi per  
gratiam; Quarè debuit ante  
eiusmodi gratiam posse co-  
gnosci per naturam in varijs  
suis imaginibus, ex quarum  
varia perfectione eius bonitas  
eluceret. Ac præsertim debuit  
posse cognosci in effectibus  
naturalibus Infinitas Dei per

M 4 infi-

infinitatem potentialem, quæ secundum entitatem est in solis corporibus; item infinita continentia perfectionum, quæ repræsentatur in infinitis figuris potentialiter contentis in quolibet corpore, & fœcunditas quæ datur in solis corporibus cum res ordinatæ ad propriam fœlicitatem sint incorruptibles, adeoque nec generabiles, nec generatiuæ nisi secundum aliquam cōpartem corruptibilem, & fœlicitatis incapacem, quale est corpus in homine.

177 Præterea, quia nos cognoscimus duplē in bonitatem, alteram in ratione finis *cui*, hoc est id quod meretur ut in eius bonum cetera ordinentur; alteram in ratione finis

De Sacramen. Cap. XIV. 273  
finis qui vel immediate per se,  
vel mediately per suos effectus,  
hoc est, id, quod alicui est bo-  
num; debuerunt dari substanc-  
tiæ utriusque rationis. Ad pri-  
mum genus spectant omnes  
substantiæ intellectualis; ad  
secundum substantiæ non co-  
gnoscitius quarum tota boni-  
tas est posse concurrere ad id  
quod est bonum substantijs  
intellectualibus.

178 Confirmatur, nam  
pertinet ad perfectionem Dei  
ut in creaturis appareat hæc  
eius perfectio, quæ est, domina-  
ri in aliud, & posse liberè uti alijs  
rebus ad suum placitum: hoc  
autem non habet una creatu-  
ra intellectualis respectu alte-  
rius, cum omnes sint finis cui,  
& ordinatae ad felicitatem.

M S pro-

274 *Liber Sextus*

propriam. Ergo fuit bonum  
ut essent entia corporea pro-  
priæ fœlicitatis incapacia, quæ  
sunt in absoluto dominio sub-  
stantiarum spiritualium, & ad  
propriam fœlicitatem ordina-  
tarum.

179 Ad hæc expediens  
fuit in aliqua creatura appa-  
reret hoc prædicatū diuinæ  
bonitatis quod est; posse bene  
facere alteri ~~sine ulla~~ acqui-  
sitione fœlicitatis propriæ, sed om-  
nem effectionem ordinando ad  
fœlicitatem alienam, hoc verò  
prædicatum non elucet in  
ulla forma creatæ nisi cogni-  
tionis experte.

180 Rursus debuit esse  
nouitas effectuum tum ad de-  
lectationem, tum ad admira-  
tionem, quæ dicit in inuesti-  
gatio

De Sacramen. Cap. XIV. 275  
gationem, ac notitiam primæ  
causæ. Hæc autem nouitas  
naturaliter est in solis rebus  
corruptilibus, adeoque  
incapacibus fœlicitatis.

181 Quinta sequela est:  
debuerūt dāti aliquæ substanciæ  
cognoscitivæ incapaces  
propriæ fœlicitatis, adeoque  
materiales, & non potentes  
moueri ab obiecto spirituali.  
Primò quia in illis tanquā in  
ænigmate apparet hæc perfe-  
ctio Dei, quæ est, *esse cognosci-  
tium, et appetitium sine po-  
tentia peccandi, & sine timo-  
re pænæ.* Secundò quia fuit  
magna præstantia, & fœlicitas  
substanciæ ordinatæ ad fœlici-  
tatem propriam, non solum  
posseditè ad hanc sui ipsius  
fœlicitatem ordinare corpora-

M 6 in-

incapacia illius boni, vel ma-  
li, sed etiam res capaces dele-  
stationis, ac molestiæ, ac pro-  
inde habere dominium despö-  
ticum benefaciendi, & male-  
faciendi, alicui. Hæ substantiæ  
debuerunt esse mortales, ac  
proinde materiales ut dixi-  
mus. Nam id quod potest æ-  
terno tempore delectari, est  
capax alicuius fœlicitatis, a-  
deoque est amabile à natura  
ut finis *cui*, & non tantum ut  
ordinatum ad fœlicitatem  
alienam. Proprium enim amo-  
ris amicitiæ, cuius obiectum  
est finis *cui*, est velle bonum  
eternum alterius quantum est  
ex parte amantis. A posterio-  
rietiam colligitur formas bru-  
torū esse morrales, alioqui nō  
haberēt, sicut de facto habent

co,

cognitionem restrictam ad sola obiecta quæ possunt illis prodesse vel nocere ad vitam, hoc est, vnumquodque eorum ad cognoscendum se ipsum, & extrà se ad cognoscendum sola accidentia corporea; Ut patet in homine, cuius cognitio, cum sit per se finis qui ad eorum propagabilis ultrà vitam & non purum medium ad tuendam vitam, extenditur ad omnia planè obiecta. Nec enim est contrà dignitatem obiecti perfectioris esse notum abstractiū imperfectoribus. Imò potius id congruit tum ad dominium, tum ad gloriam.

182. Sexta sequela est: res naturaliter non cognoscituae, & appetituae nō debuerūt posse.

se eleuari ad cognoscendum,  
& volendum. Probatur quan-  
tum in re obscura, & à priori  
probari potest. Nam id quod  
est taliter eleuabile, iam habet  
entitatem capacem alicuius  
boni, ac proinde potest aliqua-  
tenus esse finis *cui*; nimirū est  
tale ens quod prudēter à Deo  
amat, possit aliquatenus gratia  
sui, & quod possit esse mēsura  
boni, & mali simpliciter in or-  
dine ad res sibi conuenientes,  
vel discōuenientes. Hęc nimi-  
rum prædicata dari constat in  
omnibus agentiibus cognosci-  
tiis, ac proinde etiam in bel-  
liis; erga quas afficimur ali-  
quali amore benevolentię, &  
in quas proinde Sancti aliqui  
exercuerunt insignem virtutē  
mansuetudinis, alij verò ho-  
mīnes

De Sacramen. Cap. XIV. 279  
mines detestatam crudelitatem.  
Id autem quod in sua entitate  
habet eam perfectionem quam  
diximus, non videtur a natura  
posse ita contemni, ut ordine-  
tur tantummodo ad bonum  
alterius, sicut naturaliter ordi-  
nantur omnes res non cognos-  
ciuæ. Ergo quidquid est co-  
gnoscitium per gratiam, est  
etiam cognoscitium per na-  
turam.

183 Præcedenti sequelæ  
consonat septima, scilicet, Res  
istæ cognoscituae incapaces  
naturaliter perennis boni, ac  
veræ scientiæ, & gaudij, ac  
proinde non producibles na-  
turaliter gratia sui tantum, non  
debuerunt posse eleuari ad eos  
actus, in quibus consistit fœli-  
citas propria (loquimur de  
fœli

fœlicitate non tantum summa,  
qualis est in Beatis, sed de illa  
etiam imperfecta, & à philo-  
sophis cognita, per quam, ut in  
creatis, res dicuntur *fælices*  
præseindendo ab hoc quod il-  
la sit satiatiua nec ne) Probatur  
ex eodem principio. Cū enim  
sint duo genera entium possi-  
bilium, Altera, quæ sunt men-  
sura boni, & mali per conue-  
nientiam, vel disconuenientiam  
aliarum rerum ad ipsa; Altera  
quæ dicuntur bona vel mala  
per hoc quod alijs cōueniant,  
vel disconueniant, & inter hęc  
dēntur quædā tertia, quæ sunt  
aliqualis mensura, sed non  
ad equata bonitatis, & ideo  
simpliciter non sunt bona in  
ordine ad se, sed in ordine ad  
alia, sicut impossibile ut essent

in

in hoc tertio genere ea, quæ per quamcumque potentiam possunt eleuari ad primum genus. Hoc enim quod est, habere entitatem tantæ perfectionis, ut per ordinem ad ipsam aliquid sit prudenter amabile, non est prædicatum pendens ab arbitrio alicuius, sed intrinsecum, & identificatum rei; Sicut ergo accidens, quod in ordine entis est ens secundum, nō potest per ullam potentiam euadere ens primum, & constituere ens per se; Ita substantia irrationalis, quæ in ordine finis, & boni est ens secundum, nō potest per ullam potentiam in eo ordine euadere ens primum, & esse ut finis cui prudenter amabilis. Huc spectat illud Augustini:

posse

posse habere fidem, vel chari-  
tatem est natura hominis, ha-  
bere fidem, vel charitatem est  
gratia Dei.

184 Sit igitur octaua se-  
quela. Res naturaliter ama-  
biles, ut finis *cui*, & capaces  
veræ fœlicitatis debuerūt pos-  
se eleuari ad fœlicitatē supe-  
rioris ordinis, quām ipsis natu-  
raliter debeatur adeòq. ad frui-  
tionem Dei. Probatur (quantū  
probari potest possiblitas entis  
supernaturalis quę naturaliter  
est indemonstrabilis. ) Nam  
creaturæ habentes tantā per-  
fectionem, ut sint prudenter  
amabiles tanquam finis *cui*,  
sunt capaces prudentis bene-  
ficij, & liberalitatis. Ergò per-  
tinet ad perfectionem Dei pos-  
se hanc virtutem in eas exer-  
cere,

*De Sacramen. Cap. XIV. 283*

cere, & dare illis supra debitū  
naturæ. Beneficia autem di-  
uinæ liberalitatis debuerunt  
posse esse eximia; atque adeò  
habere duas conditiones. Al-  
tera est, esse altioris ordinis,  
quam totum id quod habet  
de suo is cui benefit, altera  
est, explere omne eius desi-  
derium actuale, vel possibile.  
Hæc autem habet sola fruitio  
boni infiniti.

184 Hæc ratio probat e-  
leuabilitatem in solis actibus  
intelligendi, & volendi; nam  
in istis tantum consistit fœli-  
citas, & cæteri omnes sunt cō-  
munes rebus incapacibus pro-  
priæ fœlicitatis. Item non po-  
tuit vna potentia substantia-  
lis intentionalis eleuari ad eli-  
cēdos actus proprios alterius

po.

potentiae, loquimur de potentia substantiali, hoc est de ipsa anima; siue in ea dentur aliquæ qualitates quæ proximè concurrant ad certos actus, secundùm principia eorum, qui ponunt potentias intentionales distinctas à substâlia, siue non. De his enim qualitatibus, si dantur, philosophâdum est, sicut philosophabimur de potentia obedientiali actiua in rebus inanimatis, & operantibus non in bonum proprium: quippe non in bonum proprium, sed illius substantiæ, cui insunt, operantur eiusmodi potentiae.

186 His præmissis probatur nostra Conclusio; nam vel partes animæ brutalis exercentes tales actus sunt ethereogenæ,

nam, vel eadem anima specificè indiuisibilis denominatur *visuā* per ordinem ad visionē, & *auditiuā* per ordinē ad auditionem. Si secundum, Conclusio est manifesta; Hoc enim ipso quod anima videret, diceretur secundūm hanc operationem *visuā*, non *auditiuā*; adeòque non diceretur eleuari pars *auditiuā* ad videndum. Si primum, Conclusio probatur. Nam *audire* ex suo conceptu est aliquod bonum animæ *auditiuæ*, & quidē id habet *audire* ut includens actionem ab anima procedēntem; nam, èa prēcisā, non intelligitur anima audire, ac viuere per ullam qualitatem, quæ distincta ponatur ab hac actione. Ergo implicat aliquod

*au-*

*audire*, quod nō possit ab ani-  
ma auditiva procedere, adeò-  
que non sit perfectio ordina-  
ta ad illam; sed illud *audire*,  
quod procederet non ab ani-  
ma auditiva, sed a visiva,  
non posset secundūm se to-  
tum esse perfectio animæ au-  
ditiva; Ergò non haberet es-  
tentiam quam dicit ipsum  
*audire*. An verò hinc sequatur,  
non posse accidens spirituale  
recipi diuinitùs in corpore,  
vel accidens materiale in so-  
lo spiritu, non vacat hic de-  
finire.

187 Rursus eadem con-  
clusio probatur, quia *audire*,  
illud nō posset esse vita animæ  
visiva. Nam vita est operatio  
proueniēs à Natura intrinseca  
viuentis, & proinde manife-  
stans

De Sacram. Cap. XIV. 287

stās eius speciē & inclinationē; ac proptereā non potest præferre vnam speciem, & inclinationem in actu secundo essentialiter diuersam ab ea, quæ est in actu primo. Vita enim est formalissimum exercitium actus primi. At si pars auditiva videret, hoc exercitium indicaret animam visiuam non auditiuam, & inclinationem ad videndum, non ad audendum.

188 Neque idem continet in eleuatione animæ ad actus supernaturales & diuinos. Nā illi nō sūt operationes cōuenientes alicui alteri creaturæ viuenti, sed retinent modum operandi connaturalem animæ intellectuali, quamuis circa obiecta perfectiora ijs,  
circa

circà quæ talis anima potest  
naturaliter cum exercere; Ac  
proinde eiusmodi operationes  
non indicant aliquam speciē  
vitalitatis, & aliquem actum  
primum diuersum ab eo qui  
est de facto, sed eundem ro-  
boratum, & eleuatum.

189 Imò, posita possibili-  
tate ex. g. visionis creatę Dei  
claræ, non potest hæc esse  
ordinata ad perficiendū aliā  
substantiam, quam creaturam  
intellectuam ut potè cui soli  
congruit ille modus operandi,  
quare nō est mirū si possit hæc  
eleuari ad illam operationem.  
At posita possibilitate visionis  
non sequitur eam esse ordina-  
tam ad perficiendam partem  
audituam, sed visiuam. Neq.  
dicas, posse dari visionem su-

per-

per naturalem soni ordinatam ad partem audituam; nam contrà est, quoniam de primo conceptu talis modi cognoscendi, qui dicitur *visio*, est esse coloris & lucis, non soni, ut constat ex apprehensione terminorum.

190 Afferimus insuper, connaturalius esse ut intelle. Etus, & volūtas eleuetur ad a. Etus supernaturales per qualitatem intrinsecam; sed posse etiam eleuari per solum decre tum Dei extrinsecum. Prima pars probatur, tum quia ita contingit de facto, & tamen Deus non censetur addere aliquid frustrà; tum quia na tura nos inclinat ad existimā dum ut quoties aliqua causa producit effectum seu natura-

N      lem

lem, seu miraculosum, sit in illa causa virtus productiva talis effectus; & ideo admiramur, & veneramur illam causam tanquam cæteris perfectiorum. Id verò multò magis habet locum in eleuatione non transiente, sed permanente; quæ utiq. exigit ut potentia eleuata nō se habeat per modum alicuius hominis qui ex temperamento suo intrinseco non posset viuere, sed conseruaretur in singula momenta miraculosè à Deo,

191 Ut probetur altera pars, scilicet id fieri posse de potentia, **absoluta** præmittimus, dari aliquos effectus quos Deus se solo facere nequit: vel quia dicunt formaliter efficientiam creaturæ, ut est hic: *creatura facit*

De Sacramen. Cap. XIV. 291;  
facit; vel quia dicunt imper-  
fectionem, & potentialitatē in  
sua causa, ut est hic, *res cognos-  
citur per cognitionem creatam.*  
Vel ex alio capite. Hoc posi-  
to, si vera esset sententia asse-  
rens, habitus supernaturales  
esse totam rationem agendi,  
vtiq. non posset fieri hæc ele-  
uatio per decretum Dei ex-  
trinsecum; Nam eatenūs nunc  
dicitur anima agere dum vi-  
det Deum ex g. in ea senten-  
tia, quatenūs agit lumen  
gloriæ, quod est virtus animæ  
vti accidens illi inhærens. At  
esset imperfectio Dei quod  
eius potentia, vel decretum  
esset virtus alterius. Ergo ex  
eo quod Deus faceret per se id  
quod nunc facit lumen, non  
redderetur anima agens, &

N 2 CO-

cognoscens. Verum in sententia  
probabiliori opposita, haud  
est aliqua ratio cur Deus  
non possit supplere concur-  
sum partialem eiusmodi ha-  
bituum.

192 Iam his positis re-  
manet examinandum, an sit  
concedenda in qualibet enti-  
tate, aut vi actiua creata, obe-  
dientialis quedam facultas ad  
producēdos ex solo diuino de-  
creto quoslibet effectus quā-  
tumuis disparatos, dummodò  
non tales ut in ordine ad illos  
appareat specialis cōtradicō.  
In quā re primò certum vide-  
tur, non esse id asserendum ad  
perfectionem potentiae diuinæ  
nisi aliunde probetur id esse  
bonum. Constat enim, ex pro-  
positionibus excogitabilibus,  
ali-

De Sacramen. Cap. XIV. 293  
aliquas à Deo posse verificari,  
aliquas nō; Cæterūm Deū pos-  
se quidquid bonum est posse.  
Prætereà neque id est asseren-  
dum ex eo quod præsumptio  
fit pro non repugnantia. Fate-  
mur quidem in genere hanc  
præsumptionē. Quæ præsūptio  
fundatur in eo principio fami-  
liari penes Aristotelem: illud  
est probabile, quod plerum-  
que contingit. Sicut ergo, cùm  
pleraque ex entibus excogiti-  
tibus, vt potè infinitis, de  
facto non existant, præsum-  
ptio generalis in singulis est  
pro non existentia, & ideo af-  
firmanti non autem neganti  
incumbit onus probandi, ità  
cum pleraque binaria prædi-  
catorum excogitabilium sint  
talia, vt alterum non repu-

N 3 gnet

294 *Liber Sextus*

gnet essentialiter alteri, præsumptio in singulis binarijs est pro non repugnantia. Nihilo minus in casu nostro radicaliter queritur non tā de aliqua non repugnantia, quām de prædicato positiuo, hoc est de vi effectiuā excitabili à Deo in ordine ad talem effectum. Prædicata verò positiuā in singulis rebus non præsumuntur, sed probanda sunt, idque ex eadem regula supraposita, nam cuique rei pleraque ex prædicatis excogitabilibus de sunt. Quare si nullum aliud sit indicium pro vtraque parte, vnumquodque prædicatum quod proponatur, probabilitiùs est abesse, quām adesse.

193 Attamen tales modi arguēdi sunt valdè generales,

&

& leues. Quocircà maior vis facienda est & in peculiari cōsonantia , vel dissonantia quę apparet inter prædicata de quibus quæritur , cum exemplis aliunde notis rerum affinium; & in eo, an videatur pertinere ad perfectionem primi entis , vt ea prædicata inter se cōueniant , vel repugnant.

194 Dicimus ergo primò , pertinere ad perfectionem Dei esse in creaturis potentiam obedientalem passiuam . Pertinet enim ad perfectionem Dei vt ipse possit rebus dare aliquid melius per fauorem , quām illis conueniat per naturam; Id verò quod datur nō potest esse nisi entis ens , atque adeò accidens. Accidens porrò dependet à subiecto per

N 4 hoc

hoc quod illi vniatur, & quod  
amissa vnione non exigat cō-  
seruari, aliòquin esset forma  
per se subsistens; Ergò fuit cō-  
ueniens vt aliqua accidentia  
possent pendere ab eo subie-  
cto, de cuius natura non sit  
eiusmodi accidentia sustenta-  
re. Hæc verò potentia obe-  
dientialis passiua non est illi-  
mitata, sicut ponenda esset a-  
ctiua. Non enim est ad omnia,  
sed tātūm ad formas indigen-  
tes concursu subiecti; nec da-  
tur in subiecto spirituali ad for-  
mas materiales, aut è contra-  
rio: nec est indicium perfectio-  
nis falsæ; nam perfectio effe-  
ctus indicat perfectionem a-  
gentis, non materiæ ut potè  
quæ bonum recipit, non largi-  
tur sicut efficiens.

Item

195 Item spectat ad perfectionem Dei, posse eleuare creaturam rationalem ad efficiendas cognitiones, & volitiones supernaturales ex ratione allata paulò supra. Rursus spectat ad perfectionem Dei posse producere plura, & plura in infinitū, & specie, & numero. Tum ut sit magnum beneficium cuique rei creatæ, ipsam esse electam ex infinitis non creatis; tum ut Deus possit semper excitare nouam admirationem faciendo aliquod opificium maius, & pulchrius omnibus iam effectis. Et ideo humilius sentire visi sunt de Deo illi hæretici qui negarūt Deū posse creare res syncathegorematicè infinitas. Denique videtur pertinere ad

N. S. per.

298 *Liber Sextus*

perfectionem Dei, ut quoties  
effectus p̄det a duplii causa,  
creata & modus illū causādi  
non dicit ex suo conceptu im-  
perfectionem, possit Deus  
per se adiuuare vnam ex illis  
causis loco alterius concausa.  
Si enim Deus potest se solo  
quod possūt duę causę, quidni  
possit se solo quod potest vna

196 Dicimus tamen pro-  
babilius esse, non dari in crea-  
turis virtutem hanc obedien-  
tialē actiuam ad producēdos  
eoseffectus, ad quos illæ non  
habent virtutem naturalem  
såltem incompletam, & com-  
plebilem per aliam causam  
creatam. Probatur, quoniam  
de hac virtute obedientiali nul-  
lum habemus argumentum,  
& ex alia parte videtur iue-  
ris.

risimilis ex pluribus. Primò quia id quod, si existeret, esset amabile tantum in ratione medij, toties existeret frustrà, quoties daretur aliud mediū indefectibile ab eo distinctum, & æquè efficax in ordine ad eumdem planè finem. Ex g. si ego haberem calatum inaccessibilem, & optimum, frustrà esset mihi habere duos calamos in ordine ad hunc finē, qui est *me scribere*. Sed hæc potentia obedientialis actua esset huismodi; Ergo esset frustrà. Minor probatur; Nam tota bonitas huius potentiae esset in ratione medij, ad hoc nempe ut Deus possit ponere talem effectum. Sed Deus in ordine ad hoc habet suam omnipotentiā indefectibilem,

N. 6 &

et efficacissimam. Ergo haec  
virtus obedientialis in creatu-  
ris esset tale medium, quale  
nos in maiori primi syllogismi  
descripsimus. Maior vltimi syl-  
logismi probatur. Nam tota  
utilitas actionis, & potentiae  
actiuae præscindendo ab hoc  
quod est, dari effectum, con-  
sistit vel in hoc quod per a-  
ctionem agens perficiatur pri-  
mò, & per se, sicut contingit  
in operationibus vitalibus, &  
de his nō est præsens quæstio,  
sed suprà disputatum est scor-  
sim; vel in hoc quod per varias  
actiones creaturarum eluceat  
in causis varia participatio en-  
titatiua perfectionis diuinæ;  
ex qua ratione S. Thomas 3.  
contrà Gent. cap. 69. vers. Am-  
plius si effectus probat creatu-

ras

De Sacramen. Cap. XIV. 301  
ras agere, quia aliòquin ex  
effectibus non possemus co-  
gnoscere illarum naturam; Et  
hoc bonum non haberetur ex  
illa virtute obedientiali; quip-  
pe communi omnibus rebus  
ac proinde non indicante spe-  
cialem naturam ac perfectio-  
nem. Ergò hæc potentia res-  
pectu Dei esset purum mediū  
in ordine ad ponendum effe-  
ctum.

197 Confirmatur quia  
est de conceptu omnis causæ  
tam principalis, quæm instru-  
mental is, eò ipsam iudicari  
perfectiorem, quò concurreat  
ad perfectiores effectus; ita  
influxus Cœli, semina viuen-  
tium, membra corporis, quæ  
omnia sunt instrumenta, eò  
iudicantur perfectiora, quò fa-  
ciunt

cūt perfectiores operationes;  
& si in aliquibus instrumentis  
contrarium videtur, ut in ca-  
lamis, penicillis &c. idē est,  
quia non sunt instrumenta  
adæquata, sed potius recepti-  
ua diuersæ virtutis instrumen-  
talium impressæ ab artifice.  
**Cresceret ergo per hanc illimi-  
tatem virtutem obedientiale  
perfectio cuiuslibet creaturæ  
cum quadam illimitatione  
per ordinem ad perfectiores,  
& perfectiores effectus quos  
posset producere sine ullo ter-  
mino.**

198 Denique de ratione  
omnis effectus est, esse aliquo  
modo indicem suæ causæ,  
adèoque vel imaginem, hoc  
est indicem cum similitudine,  
vel vestigium, hoc est indicem  
sine

De Sacramen. Cap. XIV. 303  
sine similitudine. Cæterum  
ideò effectus excitat curiosita-  
tem, nempè desiderium in-  
tueniendi ipsum *cur*, quia præ-  
stat simul aliquam viam ad  
eiusmodi inuentionem. Hanc  
autem curiositatē multò ma-  
gis excitant effectus superna-  
turales. Ergò debent pendere  
à causa quam aliquo modo  
possint indicare per specialem  
proportionem cum illa, quæ  
specialis proportio nulla esset  
in re præsenti.



CA-

## C A P V T. XV.

Soluuntur Argumenta suadentia p̄dicitam potentiam obedientialem deducta tum ex omnipotentia diuina, tum ex testimonij Scripturae, & Patrum.

199

**O** Bijci solet primò. Quò causa est potentior, eò ab illa posse elevari instrumentū minus proportionatum ad perfectiorem effectum. Ita optimus pictor ineptissimo penicillo conficiet egregiam picturam &c. Respondetur, hoc axioma nō verificari nisi instrumentum aut ex se, aut à causa habeat aliquā specialem virtutem in ordi-

De Sacram. Cap.XV. 305  
ordine ad talem effectum. Ex  
g. quò quis ditior est, eò po-  
test cum pauperiore socio e-  
mere pretiosiores merces; at  
quamuis aliquis sit ditissi-  
mus, non potest emere ullam  
mercem concorrente socio  
cui nihil planè sit, & cui nihil  
planè anteà det.

200 Obijcitur secundò,  
Christum, & Santos fecisse  
plures effectus per instrumen-  
ta disparatissima, vt v. g. illu-  
minasse cæcum per lutum, in-  
sudisse dulcorem aquis per  
lignum amarum, &c. Equi-  
dem fatemur eiusmodi effe-  
ctus non fuisse productos à so-  
lo Deo ad meram presentiam  
eiusmodi rerū disparatarum;  
aliòquin Deus illusisset viden-  
tibus, quasi vteretur prædictis

re,

rebus ad effectus, ad quos ta-  
men re ipsa nihil pertinerent,  
qua ratione refellitur senten-  
tia Gabrielis asserens solum  
Deum agere ad præsentiam  
illarum rerum, quæ vocantur  
causæ. Hæc autem causalitas  
in creaturis etiam in ordine  
ad effectus miraculosos colli-  
gitur non solum ex prædicta  
ratione sed ex verbis Scripturæ.  
Nā sapientiæ 16. vers. 24. & 25.  
dicitur, *Creatura enim tibi fa-  
etori deseruiens, ex arde scit in-  
tormentum aduersum iniustos,*  
¶ *lenior fit ad beneficiendum,*  
*ijs qui in te confidunt: propter*  
*hoc ¶ tunc in omnia transfigu-  
rita, omnium nutrici gratiæ tuæ*  
*deseruiebat ad voluntatem eorū*  
*qui a te desiderati sunt. Et c. vlti-  
mō. Omnis enim Creatura ad*  
*suum*

De Sacramen. Cap.XV. 307  
suum genus ab initio refigura-  
batur deseruiens tuis præceptis.  
His ergo suppòsitis.

201 Respondetur, ex pre-  
dictis testimonij non excludi-  
potentiam innatā in illis crea-  
turis quibus Deus vtebatur ad  
præstādos huiusmodi effectus  
admirabiles : aliòquin debere-  
mus etiam negare illam in  
causis naturalibus. Nam post  
prædictum versiculum 25. Sa-  
pientiæ statim subditur; ut sci-  
rent filij tui quos dilexisti, Domi-  
ne, quoniam non natiuitatis fru-  
ctus pascunt homines; sed sermo-  
nus tuus hos, qui in te crediderunt,  
conseruat; Et tamen certum est  
natiuitatis fructus, hoc est na-  
turales cibos, habere innatam  
vim ad pascendos homines; er-  
go nō eam Scriptura intendit  
exclu-

308 *Liber Sextus*

excludere. Quo circā vnicum  
cius intentum in prædictis  
exemplis est, demonstrare,  
itā vires & actiuitatem cau-  
farū naturalium esse Deo sub-  
ditas vt illarum effectus im-  
pedire vel attemperare omni-  
no pēdeat ab imperio Diuino,  
in quo proinde sit collocanda  
tota spes, & cui debeantur gra-  
tiæ peculiares ex omni vtilita-  
te quam à causis creatis elici-  
mus: ab eius enim sapientia, &  
potestate pendet, vt ex eius-  
modi causarum virtute ma-  
nent effectus omnino inspera-  
biles per naturam.

202 Sic censemus fecisse  
Deum in prædictis casibus; In  
quolibet enim corpore preser-  
tim mixto videtur esse aliqua  
vis quæ saltem partialiter pos-  
sit

*De Sacramen. Cap. XV. 309*

sit prodesse ad omnem effectū corporeum per productionem vel primarum qualitatum, vel alicuius alterius qualitatis occultæ, vel per impulsus locales, vel per aliquid simile. Deus autem potuit supplere aliam partem virtutis necessariæ, id que vel per concursum suę potentia, vel per aliquam qualitatē eiusmodi rebus impressā. Dicitur verò creatura deseruī se factori, & præcepto illius, tū in eiusmodi impulsibus, & qualitatibus recipiendis, tum in suis actionibus attemperandis ita ut faceret eas quæ prodescent, ommitteret eas quæ nocent operi diuinitū intento.

203 Obijectur præterea Augustinus lib. 9. de Gen. ad litt. c. 17. vbi ait, *creaturas in suis ope-*

310      *Liber Sextus*  
operationibus obedire nutui  
diuino, & concludit: *Hoc de-  
disse Deum creaturis omnibus  
non ut illud habeatur in motu  
naturali, sed in eo, quod ita crea-  
tæ essent, ut earum natura potẽ-  
tiori voluntati Dei amplius su-  
biacerent.* Respondetur, Augu-  
stinius sine dubio non intel-  
lexisse in eo loco de pura po-  
tentia obedientiali actiua sine  
ulla mutatione intrinseca an-  
tecedenti; idque probatur ex  
eō ipso, ex quo probant Ad-  
uersarij eū ibi loqui de poten-  
tia non passiua sed actiua.  
Hoc enim ipsi colligunt ab  
exemplo, quo inter cætera uti-  
tur ligni aridi, & elaborati,  
quod diuinus sine terra, & a-  
qua repente floret. At respon-  
deant ipsi nobis, vtrum lignū  
illud

De Sacramen. Cap. XV. 311  
illud, dū miraculosè floret, ha-  
beat animā vegetatiuā; Si non  
habet, ergo nō floret, quoniā nō  
viuit, nec mouetur ab intrinse-  
co: sed videtur florere. Nā flore-  
re est viuere. Si autē reuiuiscit,  
vt re ipsa reuixerūt eiusmodi li-  
gna diuinitūs virescentia; ergo  
facta est in eis mutatio intrin-  
seca per potentia obedientia-  
lem passiuam, per quam re-  
cuperaunt repente animam;  
qua recepta, habuerunt vires  
intrinsecas saltem incomple-  
tas ad florendum.

204 Obijcitur vltimò: lo-  
mnis potestas per Aristotelem  
est in genere eligendorum. Er-  
go eligibilius est Deo posse  
per quodlibet facere quodli-  
bet, quām nō posse. Distinguui-  
mus assumptum: omnis pote-  
stas

itas rei prudenter amabilis, cōcedimus, non prudenter amabiles negamus, ut patet in potestate peccandi. Sic Deus nō potest ponere vocationem, durationem &c. sine certis subiectis, quia istae entitates non habent amabilitatem nisi in ordine ad actu perficiendam subiecta. Iam verò actio creaturæ in ordine ad Deum potentem res facere se solo nō habet prudentem amabilitatem nisi vel ad perfectionem ipsius agentis, ut contingit in actione vitali, vel ad ostendendam aliquatenus naturam ipsius agentis, ut patet in omni actione quæ sit aliquo modo conaturalis suæ causæ. Vterque verò finis cessaret in casu nostro.

CA-

C A P V T XVI.

*Deciditur quomodò Sacramenta sint causæ gratiæ.*

205 **A**sserimus, Sacra-

menta non esse  
causas gratiæ per virtutem, &  
efficiētiā physicam propriè  
dictam. Suadetur primò, quia  
cum excluderimus potentiam  
obedientialem actiua in or-  
dine ad eiusmodi productio-  
nes, sequitur ut si physicè gra-  
tiā causarent, eam produ-  
cerent per qualitatem sibi im-  
pressam à Deo. At hæc qual-  
itas videtur impossibilis; gra-  
tia enim agnoscitur à The-  
ologis quasi natura quædam  
supernaturalis; atque adeò est

O nō-

nobilissima qualitatum possibilium: alioquin alia nobilior quam gratia agnoscenda esset in Christo, quæ proinde posita in eius anima fuisset radix gratiæ, quod nemo Theologorum sentit. Quin gratia non esset in nobis prima, & radicalis participatio naturæ diuinæ, si alia qualitas nobilior, & prior inueniretur, à qua gratia ipsa posset emanare. Nec etiā ea qualitas per quam Sacra-menta producerent gratiam, posset esse ignobilior, quam gratia: Nam causa ignobilior non potest producere effectū nobiliorem se.

206 Quod si respondeas, eam esse causam inadæquatā, ac proinde quamvis ignobiliorē id posse; contrā est; nec enim

enim datur alia cōcausa crea-  
ta possibilis in ordine ad gra-  
tiam. Si respondeas , esse cau-  
sam instrumentalem, quæ po-  
test esse imperfectior effectu ,  
contrà est , quia vt cumq; pos-  
sit dari instrumentum causæ  
creatæ imperfectius eo effectu  
ad quod est instrumentum, vt  
aliqui putant de virtute semi-  
nis, &c. secùs est de instrumē-  
tis Dei. Aliòquin de omni crea-  
tura possemus suspicari quòd  
operetur suos effectus vt in-  
strumentum Dei, ac proptereà  
nunquam ex perfectione effe-  
ctus colligeremus perfectionē  
causæ creatæ . Et disparitas à  
priori inter instrumenta crea-  
turarum, & Dei, est quia cùm  
creatura nō sit semper, & ubi-  
que, indiguit instrumentis de-

O 2 fe-

ferētibus eius virtutem ad varia loca, & per varia tempora; quæ virtus cùm operetur in bonum alterius causæ, habet ex hoc ipso modum operandi valdē imperfectum adeoque indicat præcipuam perfectiōnem non in se ipsa, sed in ea causa in cuius bonum operatur. At Deus est semper, & ubique, nec proinde instruitur alijs rebus in ordine ad suas actiones; nec vlla res operatur in bonum Dei, sed vice versa Deus operatur in bonū cœtrarum. Ergo propter similiē rationem, propter quā Deus non potest habere instrumentum intentionale, hoc est, speciem impressam, non potest habere instrumentum physicum: Adeoque virtus per quā ope-

operator Deus, non potest ex ratione instrumenti esse imperfectior effectu.

207 Adde, ne in sententia quidem eorum qui concedūt accidentia, vt instrumenta substantiæ, producere substā-  
tiam accidentibus nobiliore, cōcedi cōsueuisse vnum acci-  
dens vt instrumentum substantiæ tanquam causam proximam adæquatam producere aliud accidens nobilius se. Ac proinde semper ex perfectione talium effectuum arguimus, & metimur perfectionem qualitatum, & virtutum accidentium, quamuis hæ operentur solū in vt instrumenta substantiæ. Et ratio discriminis est, quia accidens ita est causa substantiæ in uno genere, vt sit

O 3 effe.

effectus eiusdem in alio longè præstantiore, & magis indicante perfectionem, hoc est in genere causæ finalis, quæ est perfectior medijs, quamuis media sint instrumenta effectiva illius; propter quam rationem etiam materia licet sit causa formæ in uno genere, quia tamen est effectus formæ in genere causæ finalis, simpli- citer est ignobilior. At unum accidens respectu alterius (quod non sit vita intentionalis, quæ sola potest esse finis *qui*, & ad quam concurrit etiam immediatè ipsa substantia) ita est causa ut non sit effectus illius in genere causæ finalis, ac proinde necesse est, ut sit perfectius simpliciter.

208 Accedit, quod eius- modi

De Sacram. Cap. XVI. 319  
modi qualitas physicè influēs  
in gratiam non posset po-  
ni in omnibus partibus Sacra-  
menti, quippe non existenti-  
bus quando producitur gra-  
tia, nec constituentibus vnum  
per se aut vnum continuum,  
itā vt aētio vnius partis possit  
physicè tribui cæteris. Eſſet er-  
go tantū in vltimo indiuifi-  
bili formæ Sacramentalis. Et  
tamen locutiones scripturæ,  
& Patrum, ex quibus aduer-  
ſarij colligunt efficaciam phy-  
sicam in Sacramentis, ſiquid  
probarent, aequè probarent de  
omnibus partibus. aequè e-  
nim loquuntur de aqua, ex.g.  
ac de verbis.

209 Accedunt aliæ diffi-  
cultates contrà eiusmodi qua-  
litatem, vt potè quę vix expli-

O 4 cari

320 *Liber Sextus*

cari posset num esset spiritua-  
lis, an corporea; rursus, quo-  
modo non haberet ex natura  
sua operari in distans (quod  
tamen non videtur naturali-  
ter conuenire posse vlli cau-  
sæ) nunquam enim ultimum  
indivisibile soni tangit statim  
illam personam in qua gratia  
pro eo instanti est producen-  
da; ergo ea qualitas semper,  
adecq. ex propria institutione  
& natura, haberet agere in-  
distans.

210 Deniq; vel hæc qua-  
litas haberet vim effectuam  
gratiæ in qualibet persona  
proxima; & si hoc esset Deus  
faceret perpetua miracula  
impediendo ne alij iustifica-  
rentur; vel in sola persona ta-  
liter disposita, & hoc dici non  
potest

De Sacram. Cap. XVI. 32<sup>r</sup>  
potest, nam dispositio sāpē est  
aliquid ex natura sua imper-  
tinens ad gratiam, præteritū,  
& distans; ut v.g. si baptismus  
conferatur sub conditione:  
*Si Turca heri saltauit Constan-  
tinopoli.*

211 Denique in Sacra-  
mento valido, & informi con-  
fertur postea gratia sine hac  
physica efficientia, quippe  
Sacramento tunc non existē-  
te Nec potest ea vis tribui cha-  
racteri producto per Sacramē-  
tum. Tum quia in communi  
sententia etiam Matrimonij,  
& extrema Vnctio, quæ non  
conferunt characterem, possunt  
esse valida, & informia; Tum  
quia character nō habet hanc  
physicam vim, ut patet quan-  
do sine obice producitur. Non

O s er-

322 *Liber Sextus*

ergò idem character, quando Sacramentum est validum, & informe, concurrit physicè ad productionem gratiæ. Et tamen de Sacramento valido, & informi Patres eodem modo loquuntur ac de valido, & formato, in ordine ad effectiōnē gratiæ. Sic Aug. l. 3. *de Baptismo* loquēs de Baptismo accepto à Schismaticis ait. *Tūc incipit valere idem baptismus cum ad Ecclesiæ pacem venerit.* Et paulò post: *ut idem ipse qui propter discordiam foris operabatur mortem, propter pacem intus operatur salutem.*

212 Secundò, asserimus non tribuendam Sacramentis solam causalitatem moralē. Probatur nam causa moralis ad hoc ut sit verè causa prout

prout ponitur ab Aristotele,  
qui 2. Phys. assert præsertim  
in illa exemplum causæ effi-  
cientis, debet habere aliquam  
causalitatem physicam in or-  
dine ad agēs morale; causan-  
do scilicet physicè species,  
quæ causent physicè in eo a-  
gente cognitionem &c. Et  
hoc modo consiliarius, aut de-  
precator dicuntur inter ho-  
mines causæ morales. At Sa-  
cramenta id non habent re-  
spectu cognitionis diuinę, nam  
talis cognitio Dei est impro-  
ducta. Ergo nisi haberent cau-  
salitatem physicam nil aliud  
haberent, quām esse id quo vi-  
so Deus mouetur ad dandam  
gratiam. Id autem habet quæ  
libet conditio in ordine ad id  
ad quod est conditio. Ergo

O 6 nī

nisi haberent causalitatem aliquam physicam immediatè in gratiam ipsam, non possent dici causa moralis, ac proinde non eximerentur è numero conditionum, neque eis convenirent quæ dicuntur à Florentino, quòd scilicet *continet* gratiam, & quod eam conferant.

213 Addi possunt Patres qui videntur agnoscere aliquam immutationem physicam supernaturalem in rebus Sacramentalibus ut conferant gratiam: per quam doctrinam simul excluditur mera causalitas moralis, simul mera eleuatio extrinseca. Sic Ambro. siuslib 1. de Sacramentis c. 5. non sanat aqua nisi Spiritus S. eius descenderit, Et aquam con-

fer-

De Sacram. Cap. XVI. 325  
secrauerit. Chrysost. homil. 35.  
in Ioannem. *Aqua, cùm Spiritus Sancti suscepere it gratiam, tunc omnia soluit peccata.* Et alij  
qui à recentioribus congeruntur.

214 Nequē dubitari potest hanc esse D. Thom. sententiam: nam præter alia testimonia quæ solent afferri, & quæ ab aduersarijs vtcunque explicantur de causalitate morali, luculentissimum est illud quod habetur 3. p. q. 84. a. 3. ad 4. vbi ait, nō esse datam Apostolis potentiam, vt ipsi sanarent infirmos, at vt infirmi ab eorum oratione sanaretur. *Et autem inquit collata ei potestas operandi instrumentaliter; siue ministerialiter in Sacramentis, & ideo magis posunt*

326

Liber Sextus

*sunt exprimere actum suum in  
formis Sacramentalibus; quam  
in sanationibus infirmitatum.*  
Hæc ille. Sed tota illa causalit  
as moralis, quam aduersarij  
agnoscunt in ministro Sacra  
menti reperitur etiam sine du  
bio in impetrante per oratio  
nes miraculosam sanitatem  
infirmi; ergò S. Doctor agno  
uit in ministro Sacramenti ef  
ficacitatē aliquam plusquam  
moralem.

215

Dicimus igitur tertio  
esse in Sacrementis aliquid  
plus causalitatis quam habeat  
causa purè moralis, aut mera  
conditio, minus autem quam  
habeat causa physicè influēs.  
Vtrumque probatum est in  
duplici assertione superiore.  
Reliquum est explicare quo  
modo

modo id contingat. In qua-  
re sequimur viam quam pau-  
cis indicarunt aliqui ingeniosi  
recentiores. Notandum est igit-  
tur, in ijs quæ physicè deter-  
minant res ad existēdum, esse  
triplicem gradū. Alia influunt  
in existentiā illius rei; alia per  
suā perfectionē eā exigunt, sed  
non influunt; alia neq. influūt  
neq; cxigunt, sed sunt id, quo  
posito, aliquid aliud influit,  
autē exigit. Ad tertium genus  
pertinent conditiones vt ap-  
proximatio, coexistentia &c.  
Ad secundum genus pertinent  
causæ physicè minus propriæ,  
vt ex. g. pater respectu animæ  
rationalis producēdæ in filio;  
quin etiam semen respectu  
plantæ in sententia ponente  
animam plātæ produci à Deo

in

in genere causæ particularis  
eò quòd nulla causa ne instru-  
mental is quidem pro ducere  
possit effectum se nobiliorem;  
Item gratia respectu habituū  
supernaturalium, quin & au-  
xiliorū, quæ gratia vt existēs  
nūc, exigit cōferri auxiliā pro  
tempore sequenti ad hoc vt  
impleantur tunc ea præcepta,  
dependenter à quorum im-  
pletione debet ipsa cōseruari.  
Deniq; omnis ferè causa cor-  
rumpens ita solūm causat, si  
tes attentè consideretur. In  
hac vltima classe collocamus  
Sacramenta, quæ per qualita-  
tem supernaturalē relatiuam  
ad præteritam promissionem  
Dei exigunt physicè, quin  
metaphysicè, gratiam produci  
à diuina omnipotentia, eamq;  
de.

determinant ad ipsius gratiæ  
collationem.

216 Ex his colligitur pri-  
mò quomodò omnes partes,  
quas Sacramentum dicit in-  
recto, cōcurrant ad produc-  
tionem gratiæ. Omnes enim ha-  
bent hanc qualitatem super-  
naturalēm relatiuam. Secun-  
dò quomodò Sacramēta sint  
instrumenta Dei: sunt enim  
id per quod Deus determinat  
omnipotentiam suam ad pro-  
ductionem gratiæ in bonum  
non ipsorum Sacramentorum  
sed in bonum alterius. Tertiò  
cur Sancti Patres admirantur  
omnipotentiam Dei qui per  
hæc vilia elementa potuerit  
homines sanctificare; id nam-  
que in sententia concedente  
Sacramentis solam causalita-  
tem

tem moralem vix explicatur; at facilè in nostra. Ea enim est efficacitas diuinæ promissio-  
nis, ut Deus alligando illi quā-  
cumq. rem disparatissimam,  
possit efficere ut res illa tra-  
hat per exigentiam metaphy-  
sicam quemcumque effectū  
præstantissimum.

217 Quartò colligitur quo-  
modo hoc idem verificetur  
de passione Christi, de sāgui-  
ne, de meritis, denique de hu-  
manitate eiusdem, quin de  
Sacramēto valido, & informi,  
quibus omnibus Patres, & D.  
Thomas tribuunt similem ef-  
ficacitatem in ordine ad no-  
stram iustificationem. Neque  
obstat, aliqua ex his esse prēte-  
rita respectu collactionis gra-  
tiae; Tū quia satis est si existat  
in

in aliquo suo effectu, in quā tāquā in semine reliquerint illā qualitatem relatiuam, tum quia causa quę non agit per influxum, sed per exigentiam, nō est necesse quod coexistat; ut patet in forma exigente, nunc pro tempore sequenti conseruationem suarū dispositionum à quibus pender; & in gratia exigente pro tempore sequenti auxilia necessaria ad eam retinēdām; & in multis alijs exemplis.

218 Ponimus verò qualitatem relatiuam, & non puram relationem prædicamentalem ad promissionem ut præteritam. Nam eiusmodi relationes, si sunt distinctę, habent quidem connexionem, sed non habent ullam exigentiam

tiām, aut causalitatē, aliōquin  
relatio quā nūc est in luna ad  
præteritam promissionē Dei  
de resurrectione mortuorum  
posset dici causa quōd mortui  
in extremo iudicio resurgent.  
Non igitur omne id quo pos-  
to necesse est aliud poni, exi-  
git ut illud ponatur, quoties  
talis necessitas prouenit non  
ex perfectione, aut ex peculia-  
ri proportione rei connexę cū  
tali effectu secundūm entita-  
tem specificam ipsius rei con-  
sideratę in se ipsa, & prout  
p̄fscindit à subiecto, in quo  
recipitur. Hæc enim est ratio,  
cur v̄bicationes, & duratio-  
nes, v. g. ignis, & stupæ, non se  
habeant per modum exigen-  
tiæ, sed per modum puræ con-  
ditionis ad calefactionē. Quā-  
uis

uis enim hæ determinatæ v-  
bicationes, & durationes sint  
physicè connexæ cum calefa-  
ctione; id tamen habent ex  
natura subiectorum, & non  
ex natura vocationis, & du-  
rationis, quatenus præscindit  
à certo subiecto: ideo non ad-  
dunt aliquam exigentiam su-  
præ eam quam supponunt in  
subiecto; sed eam tantummo-  
do vltimò complent, & deter-  
minant. Secùs est si eadem  
considerentur in ordine ad  
eos effectus, quos trahunt ra-  
tione sui, vt v. g. in ordine ad  
cognitionem intuituam de  
ipsis: hos enim effectus exi-  
gunt vt causæ. Similiter ergò,  
de relationibus prædicamen-  
talibus philosophamur.

CA-

## C A P V T XVII.

*An Sacra menta conferant gratiam in tempore, vel in insta-  
ti: ubi multa de tempore inde-  
terminato, de productionibus  
instantaneis, & de preceptis  
non violabilibus nisi in in-  
stanti.*

219

**C**ertum est primò,  
Sacra menta non  
conferre gratiam neque ante,  
neque postquam existunt. Nō  
ante; quoniam promissio Dei  
de danda gratia est condi-  
tionalis posito *Sacramento*, pro-  
missio autē conditionalis non  
obligat ante aduentum con-  
ditionis. Nō post; aliòqui ver-  
ba *Sacramentalia* non essent  
vera,

vera, ut potē quæ proferuntur  
per tempora præsentia: ex quo  
etiam excluditur sententia af-  
serens Sacramenta compleri  
ante instans, sed conferre gra-  
tiam in instanti ipsis extrinse-  
co. Nam si fingas idem quoq;  
esse instans extrinsecum vitæ  
illius qui Sacramentum rece-  
pit, teneris alterum cōcedere,  
vel aliquem esse in peccato  
per totam vitam, & iustifica-  
ri post vitam, vel Sacramentū  
alicui ritè conferri, qui tamea  
non iustificetur.

220 Certum est secundò,  
gratiam non conferri in tem-  
pore indeterminato. Omne  
enim quod est à parte rei, est  
aliquid determinatū; sed quæ-  
libet indeterminatio dicitur  
respectu necessitatis quæ nō  
sit

fit ad vnum absolutè, sed conditionatè, *nisi detur aliud*. Ita potentia libera dicitur indeterminata, quia non habet necessitatem absolutam ad vnam partem; sic propositio explicitè, vel implicitè disiunctiva dicitur indeterminata, quia ad hoc ut sit vera, non est necessaria absolutè positio vnius partis: & sic de cæteris. Hoc autem genus indeterminationis non repugnat, quia semper saluatur quomodo verificetur principiū, illud *quodlibet vel est tale, vel non est tale*; ut patet; Ex. g. si quæras, an nauis A: sit necessaria ad nauigandum, respondeo: si non sit alia nauis, est necessaria; si sit, non est necessaria. At si daretur aliquid à parte  
rei

De Sacramen. Cap. XVII. 337  
reiverè indeterminatum in  
suo else , sequeretur , illud  
principium esse falsum . Nam  
si de quolibet prædicato exco-  
gitabili verificatur in illo ente  
altera pars contradictionis ,  
utique illud ens nullam habet  
indeterminationem .

221 Confirmatur ex ab-  
surdis à posteriori . Nam tem-  
pus indeterminatū debet ha-  
bere essentiam vniuersalem  
temporis , aliòquin est tem-  
pus æquiuocè , eo modo quo  
etiam lignum posset vocari  
*tempus* . Ergò habet partes prio-  
res , & posteriores . Quæro igit-  
tur an in priori medietate  
huius temporis indeterminati  
existat gratia . Si concedas ;  
Ergò gratia existit ante finem  
totius Sacramenti . Si neges ;

P ergo

ergò non assignasti durationē  
gratiæ prout distinguitur ab  
integra duratione negationis  
gratiæ, quam durationem  
quærit quicumque quærit,  
quando nam gratia confer-  
tur; sed æquè assignasti illud  
tempus, ac potuisses assignare  
integrum annum.

222 Denique est axioma  
mathematicum ac præcipue  
Archimedis ita se habere tem-  
pus ad tempus, sicut se habet  
spatium ad spatium, quando-  
quidem vtrumq. habet eam-  
dem mensuram hoc est motū.  
Sed ex octaua demonstratio-  
ne primi libri Euclidis quoties  
in spatio locali duxæ lineæ sunt  
inæquales, potest abscindi à  
maiore pars determinata per  
quam excedit minorem. Ergò  
idem

De Sacramen. Cap. XVII 339  
idem potest fieri inter duo tē-  
pora: ac proinde si non in toto  
tempore in quo confertur Sa-  
cramētum datur negatio gra-  
tiæ, poterit ab eo integro tem-  
pore cui coexistit consecratio Sa-  
cramenti, abscindi aliqua de-  
terminata pars cui non coe-  
xistat negatio gratiæ.

223 Contrà hanc doctri-  
nam euidentissimam, quæ ne-  
gat inceptionem vlli rei in  
tempore indeterminato, op-  
poni solet molesta obiectio de  
præceptis aliquid faciendi ante  
tale certum instans, vel ante  
finem talis horæ &c. quorum  
præceptorum violatio adeòq.  
eius effectus, qui est negatio  
gratiæ, videtur non fieri nisi  
in tēpore indeterminato. Ne-  
que dicas, hæc præcepta esse

P 2 im-

impossibilia. Nam contrà est,  
quia de facto datur præceptū  
contritionis ante mortem. Fac  
ergò, aliquem ex reuelatione,  
seu vera seu existimata, crede-  
re se nō moriturum ante finm  
horæ, quæro quandonam  
peccabit nisi cōteratur? Quod  
si dicas, modum operandi hu-  
manum exigere tempus ad  
colligendas species antequam  
agamus: contra est; Nam fin-  
ge, species iam esse collectas;  
quippe ijs collectis adhuc ma-  
net libertas ad conterendum,  
vel non conterendum. Quin-  
finge aliquem putare, satis esse  
si incipiat colligere species an-  
te tale determinatum instans.  
Denique ex multis exemplis  
tum legis diuinæ tum huma-  
næ, quæ prolixum esset ex-  
ponere

De Sacramen. Cap. XVII. 341  
ponere, quilibet subtiliter con-  
templatus intelliget hunc o-  
bligandi modum esse possibi-  
lem.

224 Existimant aliqui, nō  
implicare obligationem illam  
itā vagam, ut in nulla certa  
temporis patte incipiat vrgere.  
Idque confirmant exemplo  
Dei, qui potest vtiliter promit-  
tere se aliquid facturum (ex g.  
Iudicium vniuersale) in ali-  
quo anno æternitatis: qua-  
tamen promissione posita, nū-  
quam est assignabilis aliquis  
annus in quo sit verum dice-  
re: *Nunc Deus tenetur promis-  
sionem exequi.* Hæc tamen re-  
sponsio apertè refellitur. Ideo  
enim id valet in Deo, quia  
Deus neque potest suspende-  
re, neque mutare voluntatem

P 3      circà

circà vllum obiectum possibili-  
le . Quocircà hæc promissio  
necessitat Deum ad eligendū  
ab æterno aliquem ex annis  
futuris, in quo velit eam im-  
plere, & ad exequendam de-  
inde talem electionem . Qua-  
re non sequitur in Deo illud  
absurdum , quod sequeretur  
in creatura ; Nempe ità obli-  
gari , vt simul posset nunquā  
seruare obligationem , & nū-  
quam eam violare , progra-  
ftinando scilicet semper ele-  
ctionem illius temporis deter-  
minati in quo ipsa creatura  
vellet obligationem implere ,  
vel ità eligendo , vt poste à mu-  
taret voluntatem . Deus nam-  
que , cum neutrum ex his face-  
re possit , hoc ipso quod obli-  
gationem per impossibile nū-  
quam

De Sacramen. Cap. XVII. 343  
quam impleret, semper illam  
violaret; quippe semper ha-  
bens voluntatem de illa num-  
quam implenda.

225 Quod si respondeas,  
homines de facto obligari in-  
aliquo tempore determinato,  
sed ex ignorantia; quia nesciunt  
an post illud poterunt adim-  
plere præceptum. Contra est;  
quia possunt scire vniuersè per  
te quod nisi haberent ignorā-  
tiā numquam obligarētur.  
Ergo poslunt inferre euidēter;  
*Ego numquam obligor.* Euidens  
enim est neminem obligari ad  
id ad quod scit quod non  
obligaretur nisi haberet igno-  
ratiā super ipsa obligatione.

226 Ut ergo hæc obiectio sol-  
uatur, distinguendum est pec-  
catū quod cōmittitur ex ipsa

P 4 actuali

actuali violatione præcepti, ab  
eo quod cōmittitur ex pericu-  
lo cui quis se per morā expo-  
nit ne fortè non possit seruare  
præceptum. Rursus recolenda  
sunt quæ diximus in libello de  
*Fide* n. 311. hoc est supposita  
infinita diuisibilitate tempo-  
ris( nam ea negata nulla esset  
difficultas ) non posse Deum  
assignare omnes partes illius,  
adeòque non posse dare con-  
cursum successiū ad infinita  
exercitia libertatis distincta  
intrà aliquod certum tempus,  
sed debere vel ad exigentiam  
naturæ, vel ex suo arbitrio, de-  
terminare aliquam vltimam  
particulā durationis , cui nul-  
la conueniunt prædicata con-  
tradictria neque intrinseca  
neque extrinseca, in quatota  
possit

De Saeramen. Cap. XVII. 345  
possit quis benè, vel malè ope-  
rari, sed non benè in vna eius  
parte, & malè in alia; Si enim  
posset mutare, nō solūm Deus  
assignaret in eo tēpore plures  
partes quām supponamus assi-  
gnari, sed etiā ipse homo, qui p-  
pè videns se antea operatum  
fuisse vno modo, & delibe-  
rans vtrum nunc velit perse-  
uerare, an mutare.

227 His positis dicimus,  
re ipsa violari præceptū in tota  
illa vltima particula, in qua  
quis omittit actū præceptum:  
peccari autem ex periculo in  
illa particula, in qua primum  
creditur eiusmodi periculum;  
pœnam verò humanam velu-  
ti excommunicationem incur-  
ri quidem in illa vltima parti-  
cula veræ violationis, sed in-

P s curri

curri in ordine ad tempus se-  
queñs. Probatur hæc vltima  
pars: Nam in eo tempore in  
quo verè præceptum violatur,  
pro priori natura ad peccatū  
ille homo gaudebat beneficijs  
aliorum fidelium; Et tamen  
non iniungitur excommuni-  
catio ab Ecclesia in ordine ad  
aliquos effectus vnius instatis,  
& non ad alios: ergò pro toto  
illo instanti gaudet beneficijs  
communibus omnium fide-  
lium. Quare verisimilius est  
ut dixi excommunicationem  
respicere solum tempus subse-  
quens, licet reatus ad execu-  
tionem talis poenæ sit in parti-  
cula antecedenti.

228 Quod si sequaris sen-  
tentiam negantem posse ali-  
quid perinanens incipere in-  
tem-

tempore, quæ videtur sententia Aristotelis, & conformis communi conceptui hominū admirantium initia rerum, non autem permanentiam, ac proinde hanc ab illis distingētum, atque ex hoc vnicō argumento ponentium instantia in tempore; si, inquam, sequaris hanc sententiā; dic negationem gratiæ, & reatum pœnæ incurri in instanti incipiū illius vltimæ particulæ, per quod illa iungitur particulæ præcedenti, quod instans est essentialiter copulatum. secundūm Aristotelem 8. phys. l. 69. Ac proinde actus qui existit in eo instāti necessariò existit in particula sequenti.

229 Dices: quamuis actus externus necessariò sequatur

P 6 ad

ad actum internum, tamen  
poena imposta actui externo  
non incurritur nisi postquam  
sequitur externus; Ergo licet  
duratio illius particulæ neces-  
sariò sequatur ad instans ince-  
ptium, tamen poena impo-  
sita omissioni duranti per  
totam particulam, non debet  
incurri in instanti inceptio-  
nem. Sed respondemus, distinguen-  
dum esse inter poenam, & rea-  
tum poenæ. Poena non debet  
dari nisi post totum malum  
cui imponitur; At reatus da-  
tur hoc ipso quod quis ponit  
liberè aliquid essentialiter tra-  
hens illud malum. Hoc vlti-  
mum contingit in casu nostro,  
& non in potente actum in-  
ternum; Nam eo posito adhuc  
alia causa vel saltem Deus pos-  
set

De Sacram. Cap. XVII. 349  
set impedire externum, & sic  
complementum illius mali,  
cui iniungitur poena. Ideò per  
actum internum non ponitur  
aliquid metaphysicè trahens  
totum malum cui iniungitur  
poena. Denique confirmata  
tur hæc doctrina; nam lex, &  
impositio poenæ debuit condi-  
eo modo quo potuit. Aliter  
verò condi non potuit, suppo-  
sita sententia quam hic suppo-  
nimus, res nimirum perma-  
nentes non posse incipere nisi  
in instanti intrinsecō.

230 Aliqui tamen docti  
recentiores censent res per-  
manentēs (supposita infinita  
diuisibilitate temporis) posse  
incipere extrinsecè. Et id putat  
de gratia sacramentali. Cen-  
sent enim in sensibilitate sacra-  
men-

350 *Liber Sextus*

mentorum dari *minimum* quod  
*non*, hoc est tantam partem  
quanta per se non sit sufficien-  
ter sensibilis, sed per quamcū-  
que additionem fiat talis: da-  
tur ergo, aiunt, aliquod instās;  
in quo Sacramentum vltimò  
non est, sed postea erit: & in  
hoc instanti gratia illa incipit  
*extrinsecè*.

231 Hæc sententia vali-  
dè impugnatur. Primò ad ho-  
minem contrà eius autores  
qui non agnoscunt aliqua mi-  
nima in quantitate permanē-  
ti vel successiva; adeòque  
concedunt nullam esse par-  
tem durationis, quæ non sit  
volita à Deo per decretum  
executium distinctum ab eo,  
per quod est volita pars ante-  
rior. Nam hoc posito, non est  
assi-

*De Sacramen. Cap. XVII. 35*  
assignabilis aliqua duratio ul-  
mæ syllabæ v. g. quæ moueat  
Deum ad infundendam gra-  
tiam. Quacumque enim assi-  
gnata potero ibi considerare  
duas partes, quarum altera  
est volita per decretum ante-  
riùs, & determinat Deum ad  
dandam gratiam, ita ut dura-  
tio subsequens impertinenter  
planè se habeat. Quando qui-  
dem Sacra menta, seu sint cau-  
sæ physicæ, seu morales, certè  
causant per existentiam non  
posteriorem ad existentiam  
effectus. Quare nulla pars il-  
lius durationis quam Sacra-  
mentum causat in gratia, de-  
bet esse prior tempore, quām  
ulla pars assignabilis in Sacra-  
mento causante. Sed hæc re-  
futatio, ut diximus, validior est  
ad

352 *Liber Sextus*

ad hominem, quām in principijs nostris iam suprà explicatis, & intrà explicandis super minimis quantitat iuis. Eadem ergò sententia simpliciter ex triplici capite nobis non probatur.

232 Primò quia sine ullo fundamento afferit sensibilitatem sufficientem, ablutionis vel enunciationis incipere extrinsecè, idque ad soluendam præsentē quæstionem de inceptione gratiæ Sacramentalis. Secundò quia in forma Sacramentorū adhibetur verbum affirmatiū præsentis temporis quod videtur significare instans intrinsecum. Nam, ut alibi dixi, nullum aliud habuit fundatum Aristoteles pondi instantia, quām, ut aliquid

*De Sacra men. Cap. XVII. 353*  
quid ex parte obiecti respon-  
deret affirmationi præsenti :  
Quin apud latinos vocatur *in-*  
*stās* id ipsū quod nos semibar-  
barè dicimus *præsens*. In hoc  
tamen differt tempus à qua-  
ntitate permanenti, quod in  
hac non datur principium di-  
stinctum à fine ex natura rei ;  
illud enim idem punctū quod  
est principium secundūm vnā  
mensurationem, est finis se-  
cundūm alteram ; Et ideo in  
qualibet quātitate debent pos-  
se inueniri saltem duo puncta  
quorum vtrumlibet possit esse  
principium secundūm aliquā  
mensurationem. At in tempo-  
re sicut datur ex natura rei id  
quod est *prius*, & id quod est *po-*  
*sterius*, ita datur vnum solum  
principium. Hinc est nō requi-  
xi

354 *Liber Sextus*

ri in duratione rei permanētis  
duos terminos intrinsecos, sed  
finem posse esse extrinsecum,  
itā ut res incipiatur per primum  
sui esse. Alioquin duæ formæ  
permanentes oppositæ coexi-  
stent in eodem instāti, quod  
repugnat; Non autem repu-  
gnat qualitates oppositas pe-  
netrari secundūm puncta ter-  
minatiua. Contrarietas enim  
illarum est secundūm subie-  
ctum non secundūm lo-  
cum.

233 Arbitramur ergo ef-  
fectus Sacramentorum incipe-  
re in instanti intrinseco, quod  
apertissimè asseruit de effectu  
verborum consecrationis S.  
Thomas 3. p. quest. 75. art. 7.  
in corpore & ad primum. Quin-  
etiam de qualibet inceptione  
gratiæ

gratię in quartum dist. 17. q. 2.  
art. 5. quæstiuncula 2. ad 3. vbi  
ait. Non est assignare ultimum  
instans in quo est culpa, sed pri-  
mum in quo non est, sed est assi-  
gnare primum instans in quo est  
gratia: & quomodo hoc sit verū,  
patet ex ijs quæ dicta sunt. su-  
prà dist. 11. de transubstantia-  
tione panis in corpus Christi. Et  
ratio est, quia tunc primò est  
sufficiens sensibilitas Sacramē-  
ti quando potest ex vi obie-  
cti sensibilis verificari hoc iu-  
dicium, hic est unctus, est ablu-  
tus &c. Quod quidem iudiciū,  
vt actu eliciatur, requirit ali-  
quam morulam post positio-  
nem obiecti; sed eam moru-  
lam non expectat Sacramen-  
tum, vt patet; perficitur enim  
quando datur fundamentum  
obie-

356      *Liber Sextus*      234  
obiectuum talis iudicij. Bene  
ergò S.Thomas laudato arti-  
culo 7.ad.tertium ait: *Conuersio*  
*in ultimo instanti prolationis*  
*verborum:tunc enim completur*  
*verborum significatio, quæ est*  
*efficax iu Sacramentorum for-*  
*mis.*

234      Hoc posito, cessato  
obiectio aduersariorum quòd  
tota ablutio ex g. detur an-  
te instans, ac proinde quod  
illud instans impertinenter  
se habeat ad confectionem  
Sacramenti, quippe cuius  
tota sensibilitas esset posita  
etiam si Deus impediret il-  
lud instans terminatiuum.  
Respondemus enim, omnem  
motum ordinari essentiali-  
ter ad terminum, & omne  
*feri ad factum esse, In rebus*  
qui-

*De Sacramen. Cap. XVII. 357*  
quidem permanentibus, vt  
docet Aristoteles, & aduer-  
tit S. Thomas articulo citato  
*fieri, & factum esse est idem; se-*  
*cùs in successiuis.* Ideò illud  
indivisibile pertinet ad perfe-  
ctionem actionis, & sensibili-  
tatis, hoc est ad *factum esse*  
*utriusque;* neque Deus potest  
illud impedire; quia motus est  
talis entitas, vt non sit pru-  
denter amabilis nisi in ordine  
ad terminum.

235 Præterquam quod,  
gratia producitur in ultimo in-  
stanti formæ, vt sic enunciatio-  
nem ipsius formæ de præsenti  
verificet. Forma vero constat  
ex syllabis finitis, quarum  
quælibet completur per insta-  
tia interpolata, & durat ali-  
quandiu. In illo igitur instan-  
ti

ti producitur gratia, in quo ultima syllaba (quæ est sonus indiuisibilis, & per indiuisibilem sensationem percipitur) est primò completè audibilis. Quòd si daremus, & formam sacramentalem posse totam validè proferri antequam esset completa ablutio, vel unctionio, aut alia actio ad Sacramentum essentialis, & posse Deum impedire ultimum indiuisibile, per quod completur esse unctionum, esse ablutum &c. Respondemus tunc non fore Sacramentum: ut potè de cuius essentia, ut diximus, non est tantum unctionio, & ablutio in fieri; Sed esse unctionum, esse ablutum in facto esse.

236 Denique fieri solet molesta obiectio, quod Sacra-  
menta

*De Sacramen. Cap. XVII. 359*  
menta non habeant comple-  
tam significationem in ultimo  
instanti prolationis, sed post  
aliquam morulam; nam ante  
illam semper loquens manet  
indifferens ad aliquid adden-  
dum, quod mutet sensum  
verborum, & constituat aliam  
propositionem sensibilem. Re-  
spondemus tamen, eam mo-  
rulam requiri ad hoc ut pro-  
positio non sit æquiuoca, non  
autem ad hoc ut sit completa-  
nisi enim ante illam proposi-  
tio esset completa, sequeretur  
nullam propositionem de præ-  
senti significare obiectum suū  
itā esse pro tempore locutio-  
nis sed pro tempore silentij  
subsequentis, in quo per te  
completur propositio. Nam  
propositio de præsenti habet  
signi-

significare obiectum pro vltimo instanti sui, hoc est pro vltimo instanti in quo ipsa compleatur. Item sequeretur, non obligari eum qui protulisset verba obligatoria cum intentione, & posteà immediatè mutata voluntate addidisset alia verba modificantia præcedentem promissionem: pariter sequeretur non incurrire in censuras hæresis externæ eū qui protulisset propositio, nem hæreticam, & immediatè posteà eam per aliquam additionem immutasset; Semper enim valeret illud assumptū, quod ante morulam non fuisse completa propositio, ac significatio. Hæc autem omnia sunt contrà communem conceptum hominum & sensum.

Do-

Doctorum. Qua propter dicendum est, sicut aliquæ propositiones externæ habent duplum sensum, ita ut loquens nō possit exterius conuinci quod magis intenderit hunc, quam illum, si tamen vnum re ipsa intendit in contractu v. g. ad eum sensum re ipsa obligatur; ita verba antè illam morulā, quam tu exigis, esse æquiuocata ad hoc ut significant affirmationem completam, vel incompletam: quæ æquiuocatio non tollitur nisi post morulam silentij subsequentis; verumtamen ante illam morulam habent re ipsa verum, & completum sensum si accesserit intentione. Ad valorem verò, & effectum Sacramenti non requiriatur sensibilitas carens omni æ-

Q

qui

quiuocatione, vt alibi exposi-  
tum cst.

237 Ex his habetur, qua-  
re in Sacramento Pænitentia  
non sit forma sufficiens secun-  
dum communem sententiam  
dicere tātūm: *Abfoluo*. Id enim  
ex communi vsu sermonis nō  
tam est dictio æquiuoca quām  
incompleta, hoc est principiū  
dictionis. Sit tamen forma  
sufficiens: *abfoluo te*. Hæc enim  
verba sunt æquiuoca ad di-  
ctionem completam, & incō-  
pletam, quandoquidem pro-  
ferri possunt, vel vt implicitè si-  
gnificatiua illius vinculi de-  
terminati, à quo quis absolu-  
tur, cū qua intentione si pro-  
ferantur, sunt dictio comple-  
ta, ac proinde forma sufficiēs;  
vel possunt proferri non tam  
quam

De Sacramen. Cap. XVII. 363  
quam id implicitè significātia,  
in quo casu nō sunt dictio cō-  
pleta, nec per se sola sufficiunt  
ad Sacramentum, sed simul  
cum sequentibus. Et porrō  
sequentia pertinere posse ad  
formam Sacramenti Pœni-  
tentiæ colligitur ex Conc. Flo-  
ren, designante eiusmodi for-  
mam sic: *Ego absoluo te &c.*  
De facto tamen probabile est  
verba illa sequentia non esse  
partes formæ regulariter lo-  
quendo; Nam Sacerdotes so-  
lent habere intentionem per-  
ficiendi Sacramentum quām  
celerrimè, & tutissimè pos-  
sunt; ergò solent habere in-  
tentionem proferendi priora  
verba in eo sensu, vt ipsa suf-  
ficerent etiam si ex aliquo  
accidente non possent addi

Q 2 poste.

364 *Liber Sextus*

posteriora: quamuis re ipsa  
bene addantur, & ad ob-  
seruandum ritum Ecclesiæ,  
& ad maiorem declarationem  
externam.

238 Hæc de Sacramen-  
tis in genere: Aliqua subij-  
ciemus de Sacramento-  
rum nobilissimo,  
hoc est de Eu-  
chari-  
stia.

..



CA-

C A P V T XVIII.

Quomodo ex veritate verborum  
Christi colligatur desitio to-  
tius substantiæ panis, & vi-  
ni: & an pronomina hoc,  
& hic in verbis consecratio-  
nis stent adiectiue, an sub-  
stantiue.

239 **D**esitionem totius  
substantiæ panis  
& vini in Sacramento Eucha-  
ristiæ ex verbis Christi ait col-  
ligi Tridentinum *seff. 13. c. 3.*  
Difficultas est in hac re; quo-  
niam videtur potuisse verifi-  
cari quidquid Christus di-  
xit, nimirum ly *hoc* esse cor-  
pus suum, quin substantia pa-  
nis desineret esse, modò non

Q 3 re.

remaneret vñita cum accidētibus panis , atq. adeò illi substantiæ non conueniret amplius designari per tale pronomen *hoc* . Variæ rationes ad hoc explicandum sunt exco-  
gitatæ , quæ tamen omnes la-  
borant hoc vitio , vt dicant ,  
Concilium alligasse suam de-  
finitionē varijs principijs phi-  
losophicis summè incertis , &  
controversis .

240 Po rò si liceret opi-  
nari , aliquid in èa definitione  
suppositū esse ex philosophia ,  
nullus nobis videretur proba-  
bilior modus , quàm si Conci-  
lium cum Aristotele 8. *Meta-  
physicorum in fine* existima-  
uerit inter actum , & potentia  
non dari vñionem distinctam ,  
sed ea duo per solam coexistē-  
tiam

De Sacram. Cap. XVIII. 367  
tiam vñiri, siue hæc sit relatio  
distincta, siue non. Quod axio-  
ma Aristotelis vel habet locū  
tantummodo respectu illorū  
actuum quos natura nunquā  
voluit existere, nisi actuarent,  
cuiusmodi non est anima ra-  
tionalis, vel etiā respectu illius,  
sed comparatæ cum potentia  
proxima, hoc est, non cum cor-  
pore vtcumque, sed cum hoc  
corpore organico: quod latius  
explicare non est huius loci.

241 His positis, cum con-  
stet ex verbis Christi, panem  
nō esse hoc id est *unitum* *bis ac-  
cidentibus*; & simul constet, hęc  
accidentia manere, constat  
vtique deesse alteram partem  
necessariam ad hunc effectū  
formalem, qui esset *panem*  
esse *hoc*: scilicet deesse substan-

Q 4 tiam

tiam panis. Confugere autem ad defectum tertiae entitatis, quam vocant *unionem*, videtur merum commentū quip, pēquæ vnio non habet fundatum neque in Aristotele, neque in lumine naturæ, neq; in principijs fidei; per hæc enim tantum habemus, hæc accidentia non esse modos, non autem habemus vñiri suę substantię per aliquid distinctum à coexistentia. Sic namque vna duratio, vel vbiatio non est modus alterius, & tamen hæc per solam coexistentiam vniuntur.

242 Sed vt eamdem consecutionem, quam elicit Tridentinū, absoluamus ab omni controuersia philosophorum, obseruandum est, multas esse pro-

De Sacramen. Cap. XVIII. 369  
propositiones, quæ cū re ipsa  
affirment duo, videntur ta-  
men affirmare vnum tātūm ,  
quia alterum affirmatur laten-  
ter, & est adeò per se euidens,  
vt non videatur esse materia  
exterioris affirmationis. Ex. g.  
dum dico, *dono tibi hunc librum*  
re ipsa nō solum affirmo meā  
donationem , sed etiam affir-  
mo existere librum , & esse id  
quod tibi demonstro , ità vt si  
illud non esset liber , mea pro-  
positio esset falsa. Et porrò do-  
natio debet verificari pro vlti-  
mo instanti enunciationis ; at  
verò, quòd *bis sit liber*, debet  
verificari anteà ad hoc vt pro-  
positio sit vera.

243 Suppositis his , dici-  
mus Christum duo affirmasse ,  
alterum explicitè , & primariò;

Q s scili-

scilicet, esse suum corpus in ultimo instanti enunciationis id quod demonstrabat; alterum implicitè, & secundariò; hoc est, esse aliquid sensibile, & demonstrabile quod indicabat toto tempore quo loquebatur; de hoc autem affirmauit, quod in ultimo instanti esset corpus suum. At hoc fuisset falsum, si quomodo cumq. permaneret substantia panis. Ergo ex veritate verborum Christi ritè infertur eam desinere. Probatur subsuïptum. nam si esset adhuc tunc substantia panis, utique de illa posset verificari ipsum pronomen *hoc* quippe quæ & existeret in fine propositionis, & fuit unita illis accidentibus in aliqua parte illius temporis in quo enunciatur

De Sacram. Cap. XVIII. 371  
ciatur propositio. Et tamen  
non posset dici quod illa esset  
Corpus Christi. Ergo enuncia-  
tio Christi esset falsa dum dicit  
*hoc esse corpus suum*. De facto  
autem fuit vera, quia in fine  
ipsius enunciationis nihil da-  
batur cui conueniret pro ullo  
instanti enuntiationis prono-  
men *hoc*, nisi ipsum Corpus  
Christi. Ita si quis dum lignum  
cōburitur, diceret, *hoc est ignis*,  
eatenūs verum diceret, qua-  
tenūs in ultimo instanti enū-  
ciationis fieret cōuersio ligni  
in ignem; at non in casu in  
quo lignum, atque adeò ali-  
quid significatū per tale pro-  
nomen *hoc*, permaneret & nō  
conuerteretur in ignem.

244 Ea verò quæstio quæ  
solet fieri; num pronomē illud

Q. 6. *hoc*

hoc ponatur adiectiuè an substantiuè, si res subtiliter consideretur videtur cessare. Nullum enim pronomen, quippe relatiuum, potest ponи omnino substantiuè, sed semper subintelligitur aliquod substantiuum cui adiaceat veluti *ens, negotium, & similia*. Neque tamen censemus ly *hoc* in verbis consecrationis se tenere ex parte prædicati, quasi sensus sit; *corpus meum est hoc*. Quę nostra assertio ut intelligatur, animaduertendum est, licet pronomina aliquando ponantur in eo genere in quo concordant cum prædicato, non tamen sequi, ea tunc se tenere potius ex parte prædicati, quam ex parte subiecti. Nam ex g. si dixero; *bæc est gemma,*  
quam-

De Sacram. Cap. XVIII. 373  
quamvis ly *hæc* accipiat de-  
terminationē generis à ly *gem-  
ma*, tamen ly *hæc* est subiectū,  
& ly *gemma* est prædicatum.  
Ncque dicas poni *hæc* quasi,  
*hæc* res, nam si affirmarem id  
esse adamantem, nō dicerem  
*hæc*, sed, *hic est adamas*; Ergò  
determinatio generis desumi-  
tur à prædicato. Et ratio est  
quoniam, licet potuissent cō-  
stitui vocabula adiectiua per  
se indifferentia ut coniunge-  
rentur cum quolibet nomine  
substantiō, tamen de facto  
nomina substantiua diuisa  
sunt in tres classes per quam-  
dam proportionem cum ma-  
ribus, vel foeminitis; vel rebus  
neutrum sexum habentibus.  
quo posito distincta pariter  
sunt nomina adiectiua in va-  
ria

374. *Liber Sextus*  
ria vocabula coniungenda cū  
substantiis constitutis in hac  
vel in illa classe. Quando ergo  
dicimus: *hæc est gemma*, ly *hæc*  
iam continet aliquam affir-  
mationem implicitam, & cō-  
fusam; nempe: *id quod tibi de-*  
*monstro est in ea classe rerum*,  
*quaæ ponuntur in genere fæni-*  
*mino.*

245. Ex his colligitur no-  
stra conclusio, scilicet, in ver-  
bis Christi ly *hoc* esse subiectū,  
& non prædicatum, ut aliqui  
putant, quasi Christus dixerit  
*Corpus meū est hoc.* Ex cōtex-  
tu enim patet oppositū. dum  
Christus ait *accipite, & come-*  
*dite hoc est enī, &c. vbi illa cau-*  
*salis enī debet reddere rationē*  
*cur eos iuberet accipere, & co-*  
*medere id quod illis offere-*  
bat

De Sacramen. Cap. XIII. 375  
bat, nempe *hoc*; hęc autem ra-  
tio debet affirmare aliquid de  
tali subiecto ad hoc ut per cā  
affirmationem sequatur, id es-  
se ab eis comedendum; & nō  
affirmare illud tanquam præ-  
dicatum de alio subiecto; nam  
medius terminus in argumē-  
tatione directa, & naturali de-  
bet esse prædicatum, & non  
subiectū respectu subiecti Cō-  
clusionis. Et confirmatur ex  
verbis consecrationis relatis à  
Paulo 1. ad Corinth. 11. *hic*  
*calix nouum testamentum est*  
*in meo sanguine*, vbi patet, *hic*  
*calix esse subiectum*, & non  
prædicatum. Nec ideo repre-  
hendendus est interpres no-  
stræ vulgatæ, dum vertit *hic*  
*est sanguis*, & non *hoc* ut se  
habet in Græco textu, in quo

*fāb.*

*sanguis* est neutrius generis.  
Nam suprà ostensum est et iāsi  
pronomē se teneat ex parte  
subiecti, adhuc in communi  
locutione desumere genus à  
prædicato.

246 Sed ut reuertamur ad  
nostram principalem quēstio-  
nem, addimus, Concilium nō  
collegisse hanc cōuersionem,  
ex vna tantum enunciatione  
Christi; sed ex multis se mu-  
tuò declarantibus. Ait enim  
id colligi ex eò quòd Christus  
id quod offerebat, verè 'corpus  
suum esse dixit, & tamen illa  
particula verè non habetur in  
narratione euangelica conse-  
crationis, sed Ioannis 6. *san-*  
*guis meus verè est cibus, etc.*  
Hoc posito certum est, primò  
omnia verba Christi simul ac-  
cepta

De Sacramen. Cap. XVIII. 377  
cepta excludere permanentiā  
substantiæ panis in eodē loco.  
Ait enim, *accipite et manduca-*  
*te, hoc est enim corpus meum* ;  
& tamen si ibi vtcumque esset  
panis, multò magis propriè  
diceretur ipse panis comedī,  
quām corpus Christi. quippè  
solus panis frangeretur, & con-  
tereretur, solusque verteretur  
in substantiam aliti, quæ per-  
tinent ad naturam comestio-  
nis. Confirmatur ex illis alijs  
verbis Christi. *Panis quem ego*  
*dabo caro mea est* ; & ex illis  
Pauli primā ad Corinth. 1Q.  
*Panis quem frangimus nonne*  
*participatio corporis Domini est* ?  
Quæ tamen omnia propriè es-  
sent falsa, si ibi remaneret sub-  
stantia panis: nam verus, &  
proprius panis, qui à Christo  
dare-

daretur, & qui in cōmunione  
frangeretur, non esset Corpus  
Christi, sed aliquid aliud.

247 Afferimus præterea,  
ex ijs. etn colligi omnimodam  
detractionem panis non solum  
in eo loco, sed ubique in  
eo tempore. Quamuis enim  
Deus possit facere miracula,  
tamen indidit nobis tale lumen  
depēdenter à quo habeamus  
metaphysicam certitudinem  
miracula non esse frequentia,  
præsertim in illis rebus, in  
quibus Deus non manifestat  
se agere miraculosè: nam si  
hæc nostra certitudo non esset  
metaphysica, in omnibus re-  
bus & casibus etiam collectiū  
acceptis possemus suspicari mi-  
raculum; atque adeò nihil un-  
quam magis certi sciremus de  
natu-

De Sacram. Cap. XVIII. 379  
natura rerum, & de veritate  
objectorum etiam post innu-  
meras experientias, quām sciat  
qui putat ex. g. hoc anno nul-  
lum mortuum resurgere, quod  
est physicè necessarium, & ta-  
men fallibile, ac sēpē falsum.  
Posito ergo eo lumine quod  
Deus nobis dedit, non potuit  
facere miracula ordinaria,   
quin de hoc nos admoneret,  
alioquin nos se felisset. Et ideo  
S. Thomas semper excludit ea  
miracula, quæ ita essent oc-  
culta ut non manifestarent po-  
tentiam Dei, ad quam mani-  
festationem sunt ordinata. Sic  
enim facta ut eam manifestet,  
augent humanam scientiam  
non euertunt.

248 At si Deus, cunctis in-  
ficijs, alio semper clam & mo-  
men-

mētō transferret substantiam  
panis, eamque occultaret, fa-  
ceret nouum miraculum or-  
dinariū de quo nullum de-  
derat indicium neque per re-  
uelationem, ut patet, neque  
per naturā. Ergō tale mira-  
culum est impossibile. Ultima  
pars minoris probatur; Qui  
cumque enim vident, aliquā  
rem esse in vno loco, & po-  
steā vident aliam esse ibi &  
non per motum localem, iu-  
dicant priorem non abiisse,  
sed perisse. Quando ex g. vbi  
erat lignum absque motu lo-  
cali videmus existere ignem,  
qui is quærit quō nam abiit li-  
num? & quis dubitat lignum  
ampliū non esse? Ergō idem  
existimabit quicumque non  
ex visione, sed ex alterius re-

nun-

De Sacram. Cap. XIV. 381  
nunciatione idem rescuerit.  
At nos ex reuelatione scimus  
ut probatum est, panem ibi  
amplius non esse, sed Christum;  
& non per motum localem,  
videbatur enim Christus a Di-  
scipulis in eodem loco in quo  
erat ante. Ergo natura im-  
pellente debemus colligere  
desitionem panis, sicut colli-  
gimus desitionem ligni, qua-  
do non amplius videmus li-  
gnum, sed ignem.

249 Et porrò S. Thomas  
3. p. q. 75. art. 5. ad secundum  
sapienter paucis explicat, quo-  
modò in Eucharistia nulla  
interueniat deceptio, quia  
scilicet sensus experitur obie-  
ctum verum, hoc est vera ac-  
cidentia, intellectus autem ex  
divina reuelatione edocetur  
de

de defectu substantiæ. Si ergò intellectus non haberet hanc reuelationem, deciperetur in hoc mysterio.

250 Dices: maius miraculum est, substantiam panis omnino desinere, quam ibi penetrari cum Christo, vel aliò miraculosè transferri; Ergò hoc videretur in dubio præsumendum. Sed negatur assumptum. Alioquin pariter quando **non** apparet amplius lignum, deberemus lumine naturæ interpretari potius, illud remanere ibi spoliatum, accidentibus, vel aliò translatum esse, quām omnino desisse. Et ratio cur in nostro casu fiat minus miraculum, est, quia conseruatio rei sine ulla operatione includit duo contra

trà exigentiam naturæ; alterum est impeditio naturalium operationum, alterum est conservatio rei frustrà, & sine illo fine ad quem ordinatur à natura; Cum omne esse sit propter operari, & omnis actus primus propter aliquem actum secundum. Item translatio includeret duo contrà naturam, impeditiōnem permanentiæ atque operationū debitarum in priore loco, & positionem indebitam ac modo supernaturali eiusdem rei in alio loco. Idcirkò ex miraculo facto in nuptijs Canæ omnes ductu naturæ inferunt, aquam desisse non verò translatam fuisse, vel occultatam.

251 Et ratio a priori est;  
quia

quia natura corporea non est  
instituta gratia sui, sed ut in-  
strumentum deseruiens ani-  
mæ spirituali vel per opera-  
tiones illi utiles, vel per species  
eius scientiam promouentes.  
Quare si ab aliquo corpore se-  
paretur omne hoc emolumē-  
tum spoliando illud omni a-  
ctione, & sensibilitate, eius  
conseruatio erit frustra, quod  
esset nouum miraculum, &  
sineulla ratione. Debetur e-  
nim quidem naturæ intelle-  
ctuali conseruatio corporum  
tum ad cognitionem, tum ad  
obsequium, sed his duobus  
sublati debetur eorumdem  
desitio, ne alioquin careat  
indicio sufficienti ad discer-  
nendum res durantes à defi-  
cientibus.

Ex

252 Ex his etiam colligitur, quomodo hæc desitio spe-  
ctet ad fidem, ac proinde potuerit definiri à Tridentino.  
Cùm enim Deus, reuelando quòd *hoc* adæquatè identifi-  
catur cum suo corpore, præ-  
beat nobis sufficiens funda-  
mentum existimandi panem  
desinere, videretur nos deci-  
pere si panem conseruaret ab-  
sque eo quod nobis præberet  
vllum indicium talis conserua-  
tionis.

253 Eamdem panis des-  
tionem probat S. Thomas 3.  
p. q. 71. art. 2. *in corpore* per  
hanc ratiocinationem partim  
similem partim dissimilem  
præcedēti. Aliquod corpus po-  
test esse de nouo in quopiam  
loco dupliciter, vel per motum

R. lo.

localem, vel per conuersionem alterius rei in ipsum. Cum igitur constet, Christum esse in Eucharistia, & non per motū localem, fatendum est esse ibi per conuersionem illius rei, quę in eo loco anteā existebat, hoc est, panis. Quæ ratio quāquam plurimum agitata à posterioribus Scholasticis, tamen nobis probatur. Constat enim ex quadam anticipatione insita lumine naturæ, non dari creationem materiæ de novo: quandoquidem Deus creauit ab initio tantū materiæ quantum exigebat hic ordo rerum: idque confirmatur ex Scriptura, nam hoc ut minimum significant illa verba, requieuit Deus ab uniuerso opere quod patraret. Quocircà in nulla pro-  
du-

ductione quantumuis miraculosa quispiam suspicatur nouam creationem materiæ. Hoc posito, quoties res est in loco, vbi anteà non erat, porrò vel est ibi per discessum à loco vbi anteà erat; & id sit per motum localem; vel nō per discessum, & tunc vel formaliter, vel æquivalenter producitur. Cùm enim totum esse corporis ordinetur ad agendum in res exteriores, perinde est quod unus lapis sit in duplice loco, ac si duo lapides occuparent illa duo loca: præsertim quando corpus ita replicatur (quod cōtingit in casu nostro) ut per damnum acceptū in uno loco non lœdatur in alio. Certè sub hac hypothesi quisq. tanti faceret unum adamantem, vel

R 2 vnum

vnum equum replicatū, quāti  
duos adamantes, vel duos e-  
quos. Non idem contingit  
in formis spiritualibus: quippe  
earum esse ordinatur ad ope-  
rations immanentes, & in-  
dependentes à loco: ac proin-  
de non æquialenter duplicā-  
tur per replicationem: ex qua  
radice proueniunt multa di-  
scrimina in ordine ad locum  
inter res corporales, & spiri-  
tuales. Cum ergò constet ex  
fide, corpus Christi esse repli-  
catum, ac proinde æquialen-  
ter de nouo productum, debe-  
mus concedere potius con-  
uerſionem in ipsum illius cor-  
poris, quod ibi anteà existebat,  
quām æquialentem creatio-  
nem de nouo planè ex nihilo.

CA.

C A P V T X I X .

*An in hoc Sacramento inueniantur omnia requisita ad essentiam conuersationis; An corpus Christi de novo producatur; An possit dari duplex causa totalis: Quomodo ibi permaneat, ac postea desinat ibi esse.*

254 **N**omen conuersio-  
nis quo Ecclesia  
vtitur in explicatione huius  
Sacramenti, tanquam non in-  
uentum a philosophis, sed po-  
pulo commune, debet expli-  
cari secundum communem  
conceptum hominum. Hi au-  
tem ad verificandum hoc no-  
men requirunt primò, vt id

R 3 quod

quod dicitur cōuerti in aliud, desinat esse in se secundūm illam denominationem, secundūm quām dicitur conuerti. Itā dici potest: *falces vertuntur in enses*; at non æquè dici potest, *ferrum vertitur in enses*. Secundō requirunt vt id in quod dicitur facta conuersio, accipiat aliquo modo esse de nouo secundūm illam rationem secundūm quam dicitur terminus conuersionis, vt patet in exemplo allato.

255 Hoc tamen est discrīmen, quod terminus *ad quem* conuersionis potest non acquirere esse simpliciter de nouo, sed satis est si de nouo acquirat tale esse quod sufficeret ad habendum illud nōmen etiam præciso quolibet esse

De Sacramen. Cap. XIX. 391  
esse quod iam habebat anteà .  
Ex g. forma cibi dicitur con-  
uerti in formam hominis, quā-  
tum uis forma hominis anteà  
existeret etiam in esse formæ,  
quia per eam mutationem  
anima rationalis acquirit no-  
uum esse informatuum, quod  
non habebat anteà . At verò  
terminus à quo couersionis  
debet omnino desinere secun-  
dùm illam denominationē se-  
cundùm quā dicitur couerti . Et  
ita forma hominis non dicitur  
couerti in formam ignis ex  
g. quando aliqua pars corpo-  
ris humani comburitur . Et ra-  
tio disparitatis est, quia A. con-  
uerti in B. importat, A. per ta-  
lem mutationem redigi ad sta-  
tum, vt ex vi illius simpliciter  
possit dici, non est, quæ negatio

R. 4 n. c.

negat simpliciter, & absolutè id quod negat ex regula vulgari. At B. debet ex vi talis mutationis acquirere id quod sufficit ad hoc ut simpliciter dici possit *est*, ad quod verbum verificandum sufficit quilibet modus essendi in tali ratione. Ergò ad conuersionem requiritur, & sufficit, ut terminus à quò amittat omnem modū essendi in ea ratione, terminus verò *ad quem* acquirat aliquē modum essendi in ea ratione.

256 Hinc infertur, ad conuersionem panis in corpus Christi requiri ut omnino definat esse substantia panis, & ut corpus Christi acquirat aliquē nouum modum essendi, per quem sufficienter dicetur esse in ratione corporis.

Hoc

Hoc autem acquirit corpus Christi dum replicatur in loco vbi anteà non erat; id enim æquiualeat nouæ existentiæ, ut suprà expositum est. Et hinc pariter est, consumptis speciebus Eucharisticis non conuer- ti corpus Christi in substan- tiam illam quæ superuenit.

257 Aliqui rursus requi- tunt ad conuersionem ut ter- minus *ad quem* succedat ter- mino *à quo* in idem munus: id- que explicāt in hoc Sacramen- to per hoc quod Christus ex potentia obedientiali conser- uet accidentia, quæ antea pendebant à substantia panis. Sed hæc potentia obedientia- lis, & simpliciter non debet admitti, ut supra ostendimus, & habet specialem difficulta-

R s tem

394 *Liber Sextus*

tem in ordine ad actionem  
independētem à subiecto qua-  
li hæc esset. Et nunquam hu-  
ius rei meminere Veteres ad  
explicandam hanc conuersio-  
nem; Ergò non putarunt eam  
necessariam ad conceptum  
conuersionis. Præterquam  
quod, si fingamns, non dari  
materiam primam, & rursus  
mutari totam substantiam in  
totam substantiam nullo acci-  
dente remanente, vt hoc po-  
stremum docent Thomistæ,  
quis dicet per hoc tolli conce-  
ptum conuersionis quamvis  
nō daretur munus commune?

258 Eatenūs igitur ad cō-  
uersionem requiritur peculia-  
re aliquod munus commune,  
quatenūs cōuersio affirmatur  
sub nominibus importantibus

illud

illud munus: ut ex g. si dicatur  
forma ligni conuerti in formā  
signis; Nam nomen *formæ* di-  
cit munus informandi mate-  
riam. Cæterū ad conuersio-  
nem ut sic sufficit illud munus  
commune vniuersale, quod  
est, *esse partem vniuersi*, in-  
quod munus succedat vnum  
ens ex vi desitionis alterius.  
Diximus *ex vi* &c. Cum enim  
*conuerti in aliud* sit nomen re-  
latuum, consequenter ex sua  
notione dicit ordinem, & con-  
nexiōnem, & non duos éuen-  
tus, quantum est ex se, dispa-  
ratos.

259 Datur verò re ipsa  
munus peculiare commune  
vtrique termine conuersionis  
Eucharisticæ. quia vnum suc-  
cedit alteri in eo quod est, *esse*

R. 6. hoc

hoc; Id verò munus est, alligari talibus accidentibus, & habere ius ad existendum donec illa accidentia existant. Hoc ius habebat forma panis; item materia panis, quæ simul etiā habebat aliud ius, ut retineret existentiam mutatis his accidentibus in alia. In primum ius succedit corpus Christi, nō in secundum. Imò probabile est, secundum ius non auferri à materia illa; quippe quæ vi miraculi perdit ex naturalibus minimum quod fieri potest, atque adeò perdit solam durationem temporaneam, non æternam, qualem perderet si ne deficientibus quidem accidentibus panis, adeòque recedente corpore Christi, ipsa reproduceretur.

Quod

260 Quod confirmatur,  
quia hoc modo melius expli-  
catur quomodo possit fieri  
ut omnes homines *resurgent*  
*cum corporibus suis*, si scilicet  
nil materiae semel creatę defi-  
ciat in fine mundi. Et quidem  
rationes quibus suadetur, non  
posse sine speciali miraculo  
ens corruptibile semel corru-  
ptum reproduci, non ha-  
bent locum in entibus in-  
corruptilibus; tales enim  
rationes desumuntur vel ex  
pulchritudine vniuersi ex-  
gente varietatem, vel ex eō  
quod in serie causarum se-  
cundarum idem ens semel  
tantum contineatur. Quæ ra-  
tiones, ut patet, non applican-  
tur illis entibus, quorum Na-  
tura amat perpetuitatem, non  
varie-

varietatem, & quæ non con-  
tinentur in serie causarum  
secundarum, sed in sola po-  
tentia Dei.

261 Neque, si attentè le-  
gatur, recedit ab hac nostra  
sententia, quatenus admitti-  
mus in corruptione specie-  
rum Sacramentalium produ-  
ctionem materiæ, S. Thomas  
sum in 4. dist. 12. quest. 1. art.  
2. *questiuncula* 4. vbi duas  
opiniones proponit tanquam  
probabilestum 3. p. quest. 77.  
art. 5. vbi cùm in tertio ar-  
gumento sibi obiecisset, non  
posse aliquam substantiam  
generari ex speciebus Sacra-  
mentalibus, quia illa acci-  
dentialia deberent conuerti si-  
mul in alia accidentia, simul in  
substantiam, respondet. *Quan-*  
*titas*

De Sacramen. Cap. XIX. 399  
titas dimersua panis, & vini  
retinet naturam propriam,  
& accipit miraculosè vim, &  
proprietates substantiæ, & ideo  
potest transire in utramq. id est  
in substantiæ, & dimensionem.  
Putat ergo S. Thomas, illam  
quantitatem transire in aliam  
substantiam, & non remane-  
re; sicut remaneret si gereret in  
nouo composito ex speciebus  
genito munus materiæ, ut  
multi Thomistæ existimant  
S. Doctorem existimasse. Quæ  
porrò sententia nullo modo  
videtur approbanda, tum  
quia daretur perpetuum mi-  
raculum in conseruatione  
illius quantitatis extræ subie-  
ctum, tum quia si in illam in-  
troduceretur de novo forma  
panis, & vini, compositum  
illud

illud non esset verius panis, aut  
vinum , deficiente nimirūm  
aliqua parte intrinseca eiusmo  
di compositorum, hoc est, ma-  
teria : scilicet partis intrinsecæ  
defectum in ordine ad effectus  
formales Deus supplere no-  
potest , ac proinde inualidè  
consecratetur : & idē dicimus  
de forma aquæ in ordine ad  
baptismū, olei in ordine ad cō-  
firmationem , & ad extremā  
unctionem, quin , de & anima  
rationali vñita illi quantitati  
in ordine ad constituendum  
verum hominem si quispiam  
ex ea nutririatur . Quòd si con-  
tendas , ad hęc omnia suffi-  
ce illam quātitatem per æqui-  
ivalentiam ; præterquamquod  
hoc manifestè reuincitur quia  
in causis intrinsecis non datur  
æqui-

*De Sacramen. Cap. XIX. 401*  
æquivalentia; utique, hoc ad-  
misso, in noua consecratione  
panis cōstituti ex forma panis  
& ex ea quātitate deberet de-  
finere ea quātitas, & non re-  
manere; ut potè quæ in tua  
sententia per omnia pertine-  
bat ad constitutionem sub-  
stantiæ panis, sicut pertinui-  
set materia.

262 Obijci potest, Chri-  
stum in Eucharistia carere  
omni actione, ac proptereà nō  
habere ibi æquivalenter, sicut  
dicebamus, nouum esse in  
ordine ad operandum. Sed  
respondeatur, ibi Christum age-  
re per accidentia non intrin-  
secè sibi inhārentia, sed alli-  
gata, in ordine ad quæ gerit  
mūnus substantiæ per qualita-  
tem sibi intrinsecam relatiuā  
ad

ad promissionem Dei, sicut philosophati sumus de causalitate Sacramentorum in genere. Et per hoc tribuuntur Christo actiones, & passiones ipsarum specierum, exceptis illis prædicatis quæ parerent æquiuocationem, an tribuerentur Christo ratione sui.

263 Cæterūm non admittimus in Sacramento nouam productionem veram, & formalem Corporis Christi. Primò quia non est necessarium hoc nouum miraculum ad verificanda verba Christi: Ergò frustrà poneretur. Secundò quia hæc actio esset aliquo modo in posteriori natura ad suum effectum saltem in Cœna Dominicā, vbi consecratio emanauit ab ipso Christo, atq. ad eò

De Sacramen. Cap. XIX. 403  
adèò ea poneretur à Deo in-  
talibus circumstantijs , in qui-  
bus appareret omnino inutilis,  
quod est contrà essentiam a-  
ctionis , quæ est essentialiter  
medium in ordine ad existen-  
tiam termini .

264 Ex hac verò doctri-  
na inferimus probabiliter, im-  
plicare duplē causalitatem  
totalem physicam , & non in-  
tentionalem. Cùm enim Deus  
non possit velle aliqua dispara-  
tè , vt sæpissimè docet S. Tho-  
mas, & nos alibi ostēdimus, de-  
beret velle illas duas actiones  
vel per duo decreta subordina-  
ta , vel per unum decretum  
indivisibiliter volens simulta-  
tem utriusque actionis ; Non  
priori modo ; nam decretum  
A. quòd esset in posteriori si-

gno

gno, & supponeret visionem decreti B. vellet aliquid superfluum, hoc est actionem productuam termini, qui iam videretur ponis sufficienter sine illa, & qui proinde illa non indigeret. Sicut si quis vellet sumere secundam medicinam quando videt se consequi totā sanitatem ex vi prioris medicinæ. Nec etiam posset id fieri posteriore modo; Nam pariter illud decretum vellet medium superfluum prout superfluum, hoc est vellet actionem A. ponis pro eo tempore, pro quo detur actio B. in quibus circumstantijs actio A. apparet superflua.

265 Neque respondeas, actionem non esse purum medium in ordine ad existētiā effe-

De Sacramen. Cap. XIX. 405  
effectus, sed etiā esse amabile  
ad hoc vt effectus debeat exi  
stentiā tali causæ; Cōtrā enim  
est, quia hoc ipsum non obti  
neretur; quandoquidem ef  
fectus ita esse accipiebat inde  
pendenter ab ea causa, vt cquè  
benè extitisset sine illa. In cau  
sis quidem intentionalibus est  
diuersa ratio vt indicaui, nam  
assensus, vel amor habet plus  
perfectionis si dependeat à  
pluribus motiuis adequatius  
veris, vel bonis. Quare illa  
multiplicata dependentia est  
amabilis in ratione finis par  
tialis.

266 Dices: duplex actio  
physica non est superflua, vna  
enim deficiente effectus per  
alteram conseruabitur. Res  
pondetur id non valere. Vel  
enim

enim vna deficiente, remanebit alia causa parata sicut est nunc, & porrò dabitur altera actio etiamsi prius non non præcessisset; Vel non remanebit ita parata, & actio illa etiamsi præcesserit non perseuerabit. Ergo inutile est quod præcesserit.

267 Denique non probatur nobis doctrina quorumdam recentiorum existimatium produci de novo Corpus Christi quatenus ex vi cōsecrationis acquirit qualitatē, perquam sit metaphysicē indestruibile durantibus speciebus. Nam contrā est, quia per hanc qualitatem non accipit immunitatem à destruētione respectu primi instantis; Si quidem in eo intelligebatur

batur in Cœna Christus tan-  
quam consecrans existere pro-  
signo priori. Quod verò spe-  
ctat ad immunitatem respi-  
cientem tempora sequentia, ea  
nihil habet commune cum  
productione. Nec enim me-  
dicus dicitur producere infir-  
mum ex eo quod illi det sani-  
tatem per quam posteà de-  
beat superesse; Neque in fa-  
bulis dicebantur produci mor-  
tales illi, qui ex haustu ne-  
taris acquirebant immorta-  
litatem.



CA-

## C A P V T    XX.

*Quænam accidentia maneant  
in Eucharistia, & an pos-  
sit defendi manere sola in-  
tentionalia.*

268

**O** Vidam recentio-  
res eruditi atque  
acuti putarunt probabile, nil  
remanere physicum & reale  
in Eucharistia ex accidentibus  
panis, & vini. Quamuis verò  
Concilium Constantiense dā-  
net hunc articulum Vuiclef.  
fi, *accidentia panis non manent  
sine subiecto in hoc Sacramento,*  
respondent, damnari illum in  
sensu heretici, qui contende-  
bat ea manere cum subiecto;  
non autem in sensu ipsorum,  
qui

qui negant manere vtrum-  
uis; Concilium verò Tridentinum vbi ait *manentibus speciebus* &c. commodè expli-  
cari posse de apparentia, &  
de speciebus intentionalibus,  
quæ existunt in aere, & in-  
sensibus circumstantium. Id  
autem quod habetur au-  
t in quibusdam Concilijs Pro-  
vincialibus, aut in lectioni-  
bus officij, aut in Catechi-  
smo, solùm inducere probabi-  
litàtem.

269 Has verò species pri-  
mò ità explicant, vt sint verè  
species corporis Christi non-  
autem ullo modo relictæ ab  
accidentibus panis, & vini. Exi-  
stunt enim, inquit, in corpo-  
re Christi tales particulæ, quæ  
seorsim ab alijs acceptæ possent.

S per

per species sui excitare omnes  
illas sensationes, quas in Eu-  
charistia experimur. Præterea  
aiunt, esse proprietatem cor-  
poris gloriosi posse modifi-  
care suam apparentiam prout  
vult ex S. Thoma 3. p. quæst.  
54. art. pri. ad secundum & ter-  
tium Addunt secundam expli-  
cationem, scilicet, conseruari  
solas species intentionales pa-  
nis, & vini; sicut ait S. Thomas  
3. p. quæst. 76. art. 8. quando  
in Sacramento apparet caro,  
vel puer, tales apparitiones cō-  
tingere ex parte videntium,  
quorum oculi sic immutantur  
ac si ea viderent; non ex parte  
objecti; Neque per hoc sequi  
deceptionem ut in præstigijs;  
Nam per eas apparitiones car-  
nis, vel pueri à Deo tunc ma-  
nife-

nifestari veram existentiam ibi corporis Christi; Atqui ut ait Augustinus lib. 2. de quæstionibus Euangelistarum cap. ultimo, cùm fictio refertur ad aliquam significationem non est mendacium, sed figura veritatis,

270 Sed hæc refelluntur. Et primò quidem prior solutio, quia si verba Scripturæ, & Cōciliorum deberent sumi solitariè, & prout præscindunt à circumstantijs, omnia ferè essent æquiuoca (sicut etiam reliquæ enunciationes humanæ) atque adeò nullam præberent certitudinem. At ex circumstantijs patet, Tridentinum nomine *specierum* intellectuisse accidentia sensibilia quæ anteā erant in pane. Primò quia-

S 2 col.

colligit suam definitionem ex eo quod Christus id quod sub specie panis offerebat corpus suum esse dixit. Atly id quod, designans ly hoc enunciatum a Christo, denotat aliquid permanens ab initio ad finem enunciationis in ordine ad quod defumatur talis haecceitas. Quis enim dicat, verum enunciari a ioculatore qui preferens pictam pagellam A. initio enunciationis, interim occulte supponat pagellam B. dum dicit; *hac est pagella B.* Secundum, & clarius idem refellitur ex illa voce *manentibus*, non enim dicuntur manere ea quae ante a ibi non erant, hoc est illa accidentia corporis Christi & species intentionales ab his emissae. Tertium tam Florentinum, quam Trident.

De Sacramen. Cap. XX. 413  
dentinum definiunt, totum  
Christum continerii sub singulis  
cuiusque speciei partibus separa-  
tione facta. At nulla fieret se-  
paratio, si nulla ibi essent ac-  
cidentia panis quæ diuideren-  
tur. Huc etiam spectat illud  
Pauli. *Panis quem frangimus*  
*participatio corporis Dominio*  
*est.* Nam in ea sententia nil  
frangeremus. Pariter non de-  
buisset idem Paulus dicere, *sic*  
*de pane illo edat*, nam proposi-  
tio *de quando* non significat  
emanationem, aut motum,  
significat accipere partem de  
toto; Cùm vero Christus totus  
sumatur ab omnibus, vtique  
si nihil est ibi præter Christum,  
nihil est de quo edi possit. De-  
nique propositiones Scripture,  
& Conciliorum sunt de fide

S 3 in

in eo sensu, in quo illas concorditer, & indubie fideles intellectu exerunt, aliòquin Ecclesia tota, quæ est multitudo fidelium, falleretur. At omnes fideles ita intellexerunt verba Scripturæ, & Tridentini ut gustando, odorando, tangendo &c. putauerint se experiri accidentia præcedentia in pane, & non quæ sunt propria, & inhaerentia in carne, & sanguine Christi.

271 Aduersus autem illam posteriorem explicationem, quin verius aduersus utramque est, quomodocumque contingerebit non esse vera accidentia panis, & vini, exceptum iri sensus, vel certè intellectum per sensus: quod licet non repugnet in ordine ad ali  
quam

quam experientiam breuem,  
& vnius vel alterius; repugnat  
tamen in ordine ad aliquam  
experientiam longissimam, &  
communem; si enim ex vi ta-  
lis experientiae non possemus  
colligere veras figuræ, & en-  
titates obiectorum sensibiliū,  
vtique pariter liceret formida-  
re, an dentur Cœlum, & Ter-  
ra, an dentur alij homines; de-  
nique an dentur omnia ea, de  
quibus nemo sanæ mentis po-  
test non esse certissimus.

272 Et ratio à priori est,  
quia cum auctor naturæ de-  
derit homini sensus tanquam  
instrumenta acquirendæ scien-  
tiæ, quæ reddit intellectum  
imperturbabilem, debuit con-  
stituere aliquam experientiā  
sensuum cum qua impliceat

S 4 con-

contradictionem coniungi fal-  
sitatem; & hæc est illa expe-  
rientia continuata, vniuersalis,  
& vniiformis, quam diximus.  
Ideò sapienter docet D. Tho-  
mas 3. partæ quæst. 76. art. 8.  
immutationem esse ex parte  
potentiae, non ex parte obiecti;  
quando uni videtur sub specie  
carnis vel pueri, alijs tamen vi-  
detur sicut & priùs sub specie  
panis, vel quando eidem ad ho-  
ram videtur sub specie carnis,  
vel pueri, & postmodum sub spe-  
cie panis: Secùs tamen contin-  
gere quando illa apparentia  
est vniiformis respectu tempo-  
rū, & personarum. Cuius dispa-  
ritatis rationem supra exposui-  
mus, quia certitudo in omni-  
bus apparentijs primi generis  
nō est necessaria ad scientiam  
hu.

humanam, sicut in apparen-  
tijs secundi generis. Et ideo  
experimur per illas priores nō  
reddi intellectum ita imper-  
turbabilem, sicuti per poste-  
riores.

273 Neque obstat, quod  
Patres frequenter dicant, in  
hoc Sacramento sensus falli.  
Patres enim non loquuntur  
tunc in rigore philosophico, in  
quo hanc sensuum deceptionē  
negavit D. Thomas, sed in  
communi usu loquēdi, in quo  
dicimus falli sensus quando vi-  
dēt aliquid quod frequentissi-  
mē est coniunctum cum alio  
prædicato, ac proinde quod  
præbet fundamentum intelle-  
ctui opinandi coniunctionem  
illius alterius prædicati, quæ  
tamē tunc re ipsa nō detur. Sic

S. S. dici-

dicimus falli sensum à pictura exprimente colores vuæ, vel ab histrione exprimēte mugitū bouis, aut latratum canis, non quia totum id quod tunc sentitur, nō sit verum, sed quia non connectitur hic & nunc cum alia re, cum qua solet connecti, adeòque cum qua conexum creditur; hoc est cum hoc quod est, esse veram vuā, aut vocē bouis vel canis. Hæc tamen ipsa occasio falsitatis quam seusus præbent intellectui in hoc Sacramento, non posset passim permitti à Deo nisi admonuisset homines de hac re per suam reuelationem, ut suprà notauimus ex D. Thoma.

CA.

C A P V T. XXI.

*An opinio componens omnia ex atomis ingenerabilibus & incorruptibilis sine forma substantiali, vel qualitate distincta, consistere possit aut cum fide, aut cum ratione naturali; & an detur uiuernalis quædam forma Mundi.*

274 **A** liqui Theologi conantur retinere celebrem antiquorum sententiam omnia concreta tum quæ dicimus substantialia, tū quæ dicimus accidentalia, ex solis corpusculis incorruptilibus componentem, in qua euertenda totus est Aristotes, & quam ingeniosi Philo-

S 6 phi

phi recentiores in lucem reuocarunt: Adeoque aiunt remanere quidem in Eucharistia accidentia panis, & perire substantiam; sed nomine *accidentium* intelligi ea corpuscula immixta in poris, vel adhaerentia, quæ non constituunt essentiam panis; sicuti uestes quamuis sint corpora dicuntur tamen accidentia hominis quia ita coniunguntur cum homine ut non pertineant ad eius notionem, & entitatem.

275 Sed hæc evasio manifestè occluditur; nam est de fide remanere *species panis*, & *vini*, & perire totam substantiam eorumdem. Et quidem id est definitum ab Ecclesia non de speciebus quæ sunt in sensibus nostris,

De Sacramen. Cap. XXI. 421  
nostris, sed de illis, quæ asser-  
uantur in sacrario, quæ sepa-  
rantur &c. ut constat ex verbis  
Florētini, & Tridētini. Eiusmo-  
di autem species in sententia  
omnia cōstante ex corpusculis  
non distinguuntur à substan-  
tia panis, & vini. Quamuis  
enim pani, & vino immixta  
sint multa alia corpora extra-  
nea, hæc tamen non sunt spe-  
cies panis, & vini, hoc est non  
sunt id quod in ea sententia  
præbet apparentiam panis, &  
vini.

276 Præterea ne videa-  
mur inuidiam creare Fidei no-  
stræ quasi cogenti nos ponere  
tot generationes, & distinctio-  
nes formarum, quæ maiore cō-  
pendio, & facilitate saluari  
possint per sola corpora cum  
varie-

varietate illorum trium ab Aristotele, ex Democrito enumeratorum, hoc est *figuræ, sti-  
tus & ordinis*: libet in fine huius libelli hanc sententiā apud recentiores renatam, & vigen- tem paulò fusiūs, quām nostri in*sti*tuti ratio exigere videtur, excutere.

277 Et primò aduersarij immeritò gloriantur, se tueri principium illud in quod Aristoteles ait omnes consensisse, *ex nihilo nihil fit*; certum est enim eos primò non ita rem explicare, vt negent omnes de novo; quippe non negant nouum motum localem; Rursus non ita, vt excludant nouam productionem omnis accidentis permanentis; Nam admittunt nouum situm, no-  
uum.

uum ordinem, nouam figurā, quæ sunt aliquid permanens, ut potè cōstitutiua rerum permanentium; Ad hæc non ita, ut excludant omnia entia de novo præter collocationem, & actionem productiuā illius; Nam aduersarij mordicūs contendunt, motum projectorum fieri per aliquam virtutem impressam de novo productam; quæ porrò virtus noua saltem in principio motus negari nō potest, quidquid sit, an postea eiusdē virtutis multiplicatio producatur à medio, an potius tota producta fuerit initio à primo impellente.

278 Quocircà fundamen-  
tum prædictæ sententiæ non,  
potest esse defensio illius axio-  
maris

matis in aliquo sensu præter-  
quam in eo in quo admit-  
titur etiam ab auctoribus  
sententię ponētis nouas qualita-  
tes: hoc est, *nihil fieri de nouo*  
*nisi ex aliquo subiecto*. Sed vni-  
ca prærogatiua illius sententia  
videtur esse, quod non cogit  
intellectum assurgere suprà  
imaginationem. Cùm enim  
imaginationis obiectum sit  
res extensa localiter, eiusmodi  
sententia conatur omnia no-  
ua explicare aut per nouam  
collocationem, aut per nouam  
productionem illius; quæ pro-  
ductio est ipse localis motus;  
aut per nouam virtutem pro-  
ductiuam illius, quæ est virtus  
impressa.

279 Propendent verò in  
hāc sententiā præcipue Mathe-  
ma-

De Sacramen. Cap. XXI. 425  
matici, & Chimici. Illi quia  
confueuerunt nil aliud animo  
complecti, quam extēsionem  
localem; neque ratiocinantur  
vel per causām efficientem,,  
vel per finalem, ex quibus so-  
lent innotescere nouæ produ-  
ctiones rerum; hi quia, extra-  
here soliti vnū corpus ex alio,  
nec internoscentes mixta na-  
turalia ab artificialibus, facile  
putāt, quidquid noui appareat,  
non tam generari, quam exi-  
re: Vtrique verō, quia fami-  
liare est peritis in aliqua facul-  
tate omnia explicare per prin-  
cipia suæ facultatis tanquam  
per prima principia rerum  
omnium. Sic veteres Arith-  
metici cuncta componebant  
ex numeris; Medici ex pri-  
mis qualitatibus; Astrologi  
euen;

euentus omnes reuocarunt  
ad sydera; quocircà etiam  
Mathematici gestiunt omnia  
explicare per diuersitatem fi-  
gurarum; & Chimici per com-  
mixinionem quorumdam ele-  
mentorum, quæ per eorum  
artem extrahuntur ex cunctis  
zebus, puta salis, sulphuris, mer-  
curij &c. Hi autem omnes  
errarunt ex neglectu meta-  
physicæ, quæ est prima philo-  
sophia; Sed quia hæc in multis  
professoribus supposititia est,  
ideò apud populum, quippe  
vera, atque adulterina non  
internoscetem, despecta.

280 Contrà hanc igitur  
sententiam asserimus primò:  
Debent admitti de nouò spe-  
cies impressæ rerum sensibiliū,  
quæ species non sunt corpora,  
sed

De Sacramen. Cap. XXI. 427  
sed accidentia repræsentatiua  
objectorum.

281 Probatur, nam si in  
sensu non reciperetur nisi cor-  
pora, nil vtique sentiretur pre-  
ter ipsa corpora in organo re-  
cepta, & eorum impulsus; si  
cutidum arcus eiaculatur fa-  
gyttam non sentitur arcus, sed  
fagytta; ex qua tamen ratio-  
cinando intellectus colligit exi-  
stentiam arcus. Et ideo philo-  
sophi, quos impugnamus di-  
ixerunt consequenter <sup>1</sup> sua  
principia, nihil sentiri nisi cor-  
puscula, & impulsus, qui sunt  
in sensibus; & proinde aiunt  
omnem sensum esse aliquem  
tactum. Vnumquodque enim  
corpusculum sicut est aliquid  
per se, & non dependens in  
suo esse ab alijs corpusculis ita  
non

non representat sensui immediate nisi se ipsum. At hoc, quod aduersarij consequenter ad suam sententiam concedunt, est aperiè falsum, nam quando elicimus visionem ex g. certum est nos cognoscere immediate, & sine vlo discursu non id tantum quod est in oculo, sed obiectum remotū. Ad illud enim impetu naturæ mouentur ante omnem discursum, & ante omnem tactus experientiam, tum puerum belluæ.

282 Et nisi visio, auditio &c. de rebus distantibus sine vlo discursu certificarent, ne per discursū quidem certificarent, ut subtiliter considerant, patebit, quin possemus dubitare an vlla existerent obiecta exte-

externa præter id quod inest  
potentijs. Et porrò aliqui sen-  
sus, veluti auditus, & visus, tri-  
buti sunt specialiter ad cognos-  
cenda, & quærenda obiecta  
remota, ideòque non dantur  
ijs animantibus quæ scopulis  
affixæ habent alimentum vbi  
nascuntur, & quæ id circò ca-  
rent etiam potentia progressi-  
ua. ut Aristoteles obseruat.

283 Neque dicas, imagi-  
nem obiecti remoti esse ipsum  
impulsum taliter ab eo obie-  
cto impressum corpusculo no-  
stris sensibus immisso. Nam  
contrà est, quoniam ille im-  
pulsus potuit pluribus modis  
modificari à corporibus inter-  
medijs, nec apparet quomo-  
dò possit esse imago distantiae,  
situs, magnitudinis, varietatis,

&

& aliorum accidentium, quæ  
videmus in obiecto distanti.  
Quin etiam ut notat Aristote-  
les secundo de *anima* cap. 7.  
visus, auditus, & odoratus,  
nunquam operantur nisi per  
medium manifestum ( quid-  
quid sit an etiam alij sensus,  
ut idem opinatur, requirant  
aliquod medium ); Quid est  
ergo, quod motiunculæ cor-  
porū quæ sunt in oculo clausis  
palpebris, vel in aure, aut in na-  
ribus, nunquam excitat illa in  
repræsentationem, quam ex-  
perimur ab obiectis remotis?  
Impulsus enim localis potest  
idem prouenire à proximo, vel  
à remoto, præsertim intrà ali-  
quam latitudinem; & ideo ex  
impulso sagittæ non certifica-  
mur de distantia arcus. Obij-  
ciunt

ciunt: Ex vario tactu plumæ ex g. mouentur in nobis variæ sensationes. Quid tum & porrò nunquam per hoc excitatur sensatio rei dulcis, rei viridis &c. Ergò sensatio talium obiectorum non est aliqua tactio. Imò nec etiam ex multiplici tactu plumæ fiet vñquam sensatio rei calidæ aut frigidæ. Ergò imagines istarum rerum sunt aliud quām impulsus.

284 Rursus obiciunt, nos experiri in somnijs eiusmodi sensationes per motionē imaginum ibi remanentium etiā remotis obiectis; Ergò per eiusmodi sensationes non experimur obiecta ipsa vera, & distātia, sed eorum imagines existentes in anima. At respondeatur quidquid senserit Auerroes

roes) cognitionem illam som-  
niantis non fieri in sensu exter-  
no, vt patet in ijs qui capti  
aliquo sensu quo alias polle-  
bant, operantur intentionali-  
ter in somnijs circà obiecta  
illius sensus quasi præsentia.  
Sunt ergò illæ in somniantibus  
operationes imaginationis,  
quæ facultas, vt notat Aristo-  
teles 4. *metaph. text. 24.* non  
est idem quod sensus, quia  
hic attingit res, ideo regulari-  
ter non decipitur, illa imagi-  
nes rerum, & ideo sæpè deci-  
pitur; præsertim quando &  
imagines sunt vehementes,  
quia non impediuntur ab o-  
biectis externis; & ipsa est im-  
becilla ad discernendum pro-  
pter ligamen peculiare vt  
contingit in somno.

Cæte.

285 Cæterūm sensatio-  
nes differre à somnijs patet vni-  
cuique reflectenti super vtra-  
que iam præterita. Quilibet  
enim præteritis sensationibus,  
credit, præteritis somnijs non  
credit; atq. vt ibidem ait Ari-  
stoteles *Nemo si in Africa sit, se*  
*noctu Athenisse esse putat, in*  
*Odaeum proficiuntur.*

286 Haud verò hic atti-  
net examinare, an apparen-  
tia quæ habetur vel circuli  
ignei ex virga ignita rotata,  
vel solis diù anteā inspecti e-  
tiam postea clausis oculis, sit  
visio exterior, an imaginatio.  
Quamuis enim esset visio, vt  
indicat Augustinus *11. de Tri-*  
*nitate cap. 1.* posset esse con-  
stitutum à natura vt species  
sensibiles non statim defice-

T rent

rent deficiente obiecto ; sed successiuè, quàm celerrimè tamen corrumperentur. Aliò. quin enim , cùm omnia ferè corpora sint in aliquo motu quamquam indiscernibili , vt philosophanti patebit , nulla visio certæ distantiae , & situationis duraret , nisi per instans , quàm durationem Aristoteles negat possibilem 8. phys. text.

69. Rursus ab ijs rebus , quæ velocissimè mouentur , proueniret talis apparentia , cuius identitas etiam moralis non duraret nisi per minimū tempus , quale non sufficeret ad excitandas potentias interiores . quippe sàpè tùm distraetas , & indigentes motu spirituum , & organorum . Neque ea permanentia specierum remoto

moto obiecto nocuit vtrilibet ex duobus finibus, ad quos ordinantur sensationes, hoc est, operationi, & scientiae. Nā & operatio fit in tempore, ac propterēa perinde in ordine ad illam est certificari de presentia obiecti determinatē pro certo instanti, ac indeterminatē pro aliquo instanti ex breuissima temporis latitudine; Et quantum attinet ad scientiam, sicut sensus non certificat de hac omnino magnitudine, & de hac omnino distantia &c. ita nil opus fuit ut certificaret de hac omnino duratione. At verò si sensus certificaret tantum de eo quod est in sensorio ut Aduersarij contendunt, esset inutilis ad operandum, & philoso-

T 2 phan.

436 *Liber Sextus*

phantum circà res externas.

287 Insuper affirmamus secundo ; cognitiones , & appetitiones non esse neque puras collocationes corpusculorum , vt patet , aliquin darentur etiam in rebus inanimis , & nullam vitam exercentibus , nec puras motiones locales factas in anima ab obiectis extrinsecis , vt contendebant veteres ne aliquid denouo concederent præter motum. Probatur primò quia hoc quod est , *iudicare , amare , velle* , ex sua notione dicit , *agere* , & non purè , *pati* ; & si hoc non est *agere* , utiq. nescimus quid sit *agere* . Præterea isti aëtus ex suo conceptu sunt aliquid totum simul , & non successiuum quasi præcedat vna pars quæ deinde

De Sacram. Cap. XXI. 437.  
deinde cesser adueniente alte-  
ra, vt sit in motu locali; Quan-  
do enim iudicamus, & ama-  
mus, habemus, & experimur  
simul totum iudicium, & amo-  
rem: quod argumentum latè  
vrget Aristoteles tertio de  
Anima à textu 146. usque  
ad 149.

288 Tertio dicimus, ad-  
mittenda etiam esse quædam  
accidentia permanentia, &  
non ordinata ad motum  
localem. Probatur nam-  
remanet in nobis memoria  
nostrarum assensionum & ap-  
petitionum, postquam illæ a-  
bierunt: Ergo producitur ali-  
quod semen permanens in  
nobis, quod possit eam me-  
moriæ excitare. Hoc semen  
non potest esse vlla figuratio-

T. 3 cor-

corpusculorum, tum quia  
isti actus, quorum excitatur  
memoria, non consistunt in  
aliqua figura locali, ut ostend-  
sum est, tum quia omnis figu-  
ratio in corporibus est possibi-  
lis independenter ab eo quod  
ego exercuerim tali tempore  
talem assensum, vel affectum.  
Ergo illud semen est aliquid  
de novo, distinctum ab omni  
figuratione. Et quidem est ali-  
quid permanens, & immo-  
tum, cum duret per multos  
annos sine ulla operatione, ut  
experimur.

289 Quartò asserimns,  
non omnes sensationes esse  
tactiones, ut contendunt ad-  
uersarij ( quod prædiximus )  
quippe nil sensibile ponentes  
nisi tangibile, hoc est corpora,  
&

De Sacram. Cap. XXI. 439  
& impulsus, qui tamen impul-  
sus, quando vehementiores  
sunt, percipientur ab organo  
segniore, quod vulgariter vo-  
cetur *tactus*, quādo verò sunt  
tenuiores, non percipientur  
nisi ab organis argutioribus,  
quæ sortiantur varia nomina  
reliquorum sensuum pro di-  
spari vel hebetudine, vel acu-  
mine. Si quidē hæc doctrina  
pugnat cum communi con-  
ceptu mentibus nostris infixo.  
Ità enim distinguimus ex g-  
ustationem ab oratione,  
vt quamuis fingamus alicui  
esse gustum acriorē, & acrio-  
rem in quocunque gradu,  
nunquam tamen concipimus  
per eum posse attingi odo-  
res: & idem dico de auditu res-  
pectu coloris, & lucis &c.

T 4. Et

290 Et porrò si hæc obie-  
cta sensibilia, quæ apparent  
nobis specie dissimillima, ha-  
berēt eam essentię vnitatem,  
quām aduersarij tuenrur, ut  
que natura per istas multipli-  
ces apparentias, callidus tan-  
quam circulator, nos sefelli-  
set potiùs per sensus, quām  
erudijset, inclinando nos per  
tam dissimiles apparentias ad  
falsò existimandam eam dissimili-  
tudinem obiectorum quā  
videmus naturali instinctu ab  
omnibus existimari. Quod, ni-  
si certum sit hoc principium;  
*Natura creauit hominem ad*  
*scientiam non ad errorēm;* Nul-  
lum ex alijs principijs erit tu-  
tum, quippè quorum non aliū  
habemus testim, quām Natu-  
ram. Sentiendum ergò est  
cum

De Sacram. Cap. XXI. 441  
cum Aristotele tertio de ani-  
ma tex. 135. multitudinem  
sensuum collatam esse ad dis-  
cernendam diuersitatem ac-  
cidentium.

291 Quintò affirmamus,  
hæc diuersa sensuum obiecta  
esse generabilia, & corrupti-  
bilia, & non tantum, modò  
latere, modò apparere per di-  
uersum motum localem. Ut  
id probemus aduertendum  
est, naturā indidisse nobis ali-  
qua principia ad noscendum  
duo, quæ non cadunt sub ex-  
perientiam sensuum, hoc est  
identitatem numericam rei pre-  
sentis cum ea quam sentiebamus  
anted, & negationem rerum,  
atque adeò tum desitionem,  
tum nouitatem, de quarum  
conceptu est ipsa negatio vel

T. S. præ-

præsens , vel antecedens . Quoties ergò experimur in obiecto omnia accidentia specifica , quæ anteà experiebamur , & non habemus ab aliis alia experientia sensibili ullam rationem opinandi mutationem numericam , ut contingit in flumine , vel in flamma , ducimur ad credendum , rem eamdem numero manere .

292 Rursus quoties non experimur rem sensibilem in illis circumstantijs , in quibus consueuimus eam experiiri , natura ducimur ad existimandum eam ibi non esse . Sed quoniā potest ibi desinere vel per motum , vel per corruptionem ; natura nos determinauit , ut quando ( sicut ex

g. con-

g. contingit in cursu nauis vel currus ) retinemus experien- tiam rei similis illi quam ex- periebamur anteà quamuis cum aliqua diuersitatate ap- parentis magnitudinis. & cū diuersa distantia successiuè in ordine ad certas res præceden- tes, existimemus eam non de- fuisse funditus, & aliam de- nouo esse productam, sed eam dem permanere cum muta- tione locali.

293 At quando experi- mur talem mutationē, vt per nullum motum localem, & per nullam artem id quod su- perest ex illa re pōssit ita com- ponī, vt recuperet operatio- nem, & apparentias priores, censemus eam perisse, & aliā loco illius productam esse. Vt

T 6 ex

ex g. quando comburitur ar-  
bor, quando vinum putreficit  
&c. Hoc modo ratiocinantur  
ductu naturæ cunctæ natio-  
nes, & quidem cum summo  
fundamento. Quid est enim,  
cur per nullam artem possu-  
mus ex quacumque attritio-  
ne, & commixtione reficere  
pomum integrum, si per se-  
ctionem nil amisit nisi vni-  
onem localem? Et idem dico de  
arbore aresacta cui per nullū  
artificium pertinens ad solum  
motum localem potest inseri  
noua vita.

294 Confirmatur prædi-  
cta assertio, nam plures vbi-  
cationes concurrunt in nobis  
ad aliquem effectum indiuisi-  
bilem & diuersæ speciei ab il-  
lis effectibus quos efficerent  
sia-

singulæ illarum vocationum, hoc est ad cognitionem talis pulchritudinis, & ad delectationem illi correspondentein. Ergò pariter possunt concurre in corporibus vel ut causæ, velut conditiones ad producendum aliquod ens indubitate ab ipsis vocationibus dependens ita ut una illarum sublata, cesseret totum illud ens, sicut cessat in nobis tota illa cognitione, ac delectatio. Huiusmodi autem ens potest esse vel anima, vel alia forma aut substantialis, aut accidentalis, quæ requirat vñionem multarum partium. Et porrò si res ita sit, multò melius natura aptauit nostras cognitiones obiectis, tanquam imagines exemplaribus: quā si es.

446. *Liber Sextus*

si essentia obiectorum sit diuisibilis, & in omnibus eadem specie, essentia verò cognitio num indiuisibilis, & specie diuersa.

295. Accedit argumentū illud validissimum quod cōsidera uit Aristoteles secundo de *anima* textu 39. & seque nūbus, desumptum ex summo foedere quod experimur inter partes viuentium donec permanet vita, tum in ordine ad operationem, tum ad confirmationem, tū ad defensionem quod porrò foedus declarat, dari aliquid vnum commune singulis, & in singulis dominans, & non esse illud ens maxima aggregationē corpusculorum quorum vnu ex natura sua possit existere sine alijs.

Hac

296 Hæc autem ratio,  
quæ probat euidenter aliquā  
formam generabilem, & cor-  
ruptibilem in viuentibus, si re-  
ctè consideretur, probat eam.  
dem in non viuentibus etiam.  
Quippe in mixtis, quamquam  
constantibus ex partibus val-  
dè dissimilibus, experimur ma-  
ximam inclinationem conser-  
uandi propriam naturam, &  
maximum odium dissolutio-  
nis. Cum ergò singulæ illæ  
particulæ per se acceptæ non  
habeant ullam sympathiam  
cum alijs particulis diuersæ  
rationis, non potest hoc foe-  
dus prouenire nisi ab aliqua  
forma quæ illas contineat, &  
qua recedente sedus illud dis-  
oluatur. Idem verò habet lo-  
cum in quibusdam formis ac-  
ciden-

cidentalibus. Nam aliqui colores, sapores, odores difficile deperduntur, sed semel deperditi per nullam partium iuxta positionem reparantur; Ergò erant aliqua forma distincta ab omni iuxtapositione.

297 Obiciunt: licet experiamur summum fœdus inter partes mundi, non tamen datur aliqua vniuersalis forma & anima mundi. Ergò idem dicendum est de cæteris totis. Negatur tamen paritas ex dupli capite. Primò quia in partibus mundi non videmus modò fœdus, modò dissolutionem fœderis, sicut in partibus viuentium; Ergò non est opus recurrere ad aliquam formam, ex cuius præsentia, ycl recessu hæc vicissitudo cōtin.

*De Sacramen. Cap. XXI. 449*  
tingat, sed satis est ponere  
partes mundi cum talibus in-  
clinationibus particularibus  
ut indè resultet perpetuum  
hoc foedus vniuersale, ex eo  
quod propter naturam mate-  
riæ corruptio vnius sit genera-  
tio alterius, & propter vnifor-  
mem perpetuamque motio-  
nem cœlestium orbium detur  
etiam vniiformis quædam  
varietas in his inferioribus, vt  
Aristoteles animaduertit, tum  
in fine librorum *de ortu, & in-*  
*teritu*, tum alibi sæpè.

298 Altera disparitas est,  
quod hæc consonantia inter  
partes mundi commodè tri-  
buitur alicui efficieti vniuersa-  
li extrinseco res mortales pro-  
curanti. Et ideo Aristoteles  
12. *metaph.* in fine ait. *Qui*  
*pœ-*

ponunt multa principia, inco-  
spirantem vniuersi substantiam  
faciunt. At enia nolunt malè  
gubernari; Non est bonum plu-  
ralitas principatum. Vnus ergò  
princeps. At foedus partium  
vniuentis non potest referri ad  
prouidentiam alicuius effi-  
cientis vniuersalis. Videmus  
enim permitti passim, ut hoc  
foedus per mortem dissolua-  
tur. Debet ergò id reuocari  
potius ad præsidium alicuius  
principij particularis, ac de-  
fectibilis, ex cuius defectu pos-  
sit tale foedus dissolui. Sed  
quoniam ita se habet tale  
præsidium in vno composi-  
to particulari sicuti se habet  
Deus in hoc aggregato om-  
nium rerum, ideo Aristot-  
eles, & S. Thomas dixerunt  
formam

De Sacramen. Cap. XXI. 451  
formam esse aliquid diu-  
num.

299 De reliquo, non dari  
formā intrinsecam huius vni-  
uersi, probatur. Nam vel es-  
set intellectiua, vel non. Se-  
cundum dici non potest, nam  
formæ partiales non possunt  
esse perfectiores, quām forma  
totius. Ex g. forma carnis,  
quam forma hominis; Totum  
enim est quid diuinius, quām  
pars. At formæ aliquarum  
partium mundi sunt intellecti-  
uæ, & omne intellectuum  
est perfectius omni non intel-  
lectiuo, ut constat lumine na-  
turæ. Ergò forma vniuersalis  
mundi non potest esse non in-  
tellectiua; Neq. etiam hæc for-  
ma potest esse intellectiua.  
Nam in eodem composio  
non

non possunt esse duo iudicia opposita. Ergo si illa forma afficeret me intrinsecè, non posset in mea anima esse vnu iudicium, & in ea forma iudicium contrarium. At in me, & in alio homine sunt iudicia contraria. Ergo non potest aliqua forma intellectiva informare simul me & alium hominem.

300 Accedit ratio à priori; Nam forma ordinata simpliciter à natura ad fœlicitatem propriam non potest esse forma partialis, & subordinata alteri formæ, sed totalis. Id enim quod ordinatur ad fœlicitatem propriam est simpliciter finis *cui*: at forma partialis, & subordinata alteri, est potius medium; habet quippe ratio.

*De Sacramen. Cap. XXI. 453*  
rationem serui, & instrumen-  
ti. Atqui experimur, animam  
nostram esse inclinatam à na-  
tura tanquam ad ultimum fi-  
nem ad felicitatem propriam;  
Ergo illa non potest esse for-  
ma partialis, & subordinata  
alteri informanti hoc vniuer-  
sum.

## C A P V T XXII.

*Soluuntur rationes suadentes,  
omnia constare ex atomis in-  
generabilibus, & incorrupti-  
bilis.*

301 **C** Vm Aristoteles  
primo de ortu,  
& interitu cap. 3. neget acci-  
dens transire de subiecto in  
subie-

subiectum, & Aduersarij contendant omnes mutationes fieri per motum localem, hoc ipso colligunt, eas fieri per nouas iuxtapositiones corporum incorruptibilem, non verò per introductionem nouorum accidentium. Quod autem omnes alterationes sicut per motum, probant quia sicut per easdem lineas per quas fit motus localis naturalis, & impediuntur iisdem obstaculis, hoc est obice corporum crassorum. Et quamvis aliquę videantur fieri in instanti veluti illuminatio, tamen non evincitur nisi eam fieri in tempore imperceptibili, quod sufficit ad motum localem etiam maximum, ut patet in motu primi orbis.

Sed

302 Sed hoc argumentū peccat ex dupli capite, & ex vtroque ob defectum meta-physicæ, qua solent carere sectatores sententiæ contrariæ. Primò quia non distinguit ea quæ sunt simul, ab ijs quæ sunt idem; cuius distinctionis difficultatem, eiusque difficul- tatis rationem notat Aristote- les 7. *metaph.* cap. 11. Quam- uis ergò peragi per tales li- neas, cum tali reflexione & refractione, conueniat motū locali; non tamen est idem esse motum localem, & habere prædictas proprietates. Sicut nō ex eo quod omnia animalia attrahant res proficientes, & expellant noxias, sequitur, esse animal quidquid habet hoc prædicatum, atq; adeò plan- tas

tas sentire, vt aliqui perperam opinantur. Tales igitur operandi viæ non solùm in ordine ad motum, sed etiam in ordine ad alias actiones sunt constitutæ à natura in bonum vniuersale propter multas utilitates prouenientes tum ex eo quod in genere sit certitudo legum quas ipsa natura sanciuit in agendo, tum verò ex eo quod sanciuerit has determinatas leges, quas utilitates non vacat hic recensere. Et quemadmodū voluit aut per distantiam localem aut per obicem corporis crassi posse nos defendi ab impulsu corporis in nos irruentis, voluit pariter ijsdem modis nos posse defendi ab alijs actionibus, quarum singulæ, vel mediate, vel

De Sacram. Cap. XXII. 457  
vel immediatè aliquid in no-  
bis corrumpunt ; Et ideò con-  
stituit applicationem localem  
tāquam vltimum requisitum  
ad operandum . Et quoniam  
opus erat tum ad vniōnem  
vniuersi , tum ad continuita-  
tem actionis omne spatiū  
esse plenum, ideò distinxit va-  
ria corpora , quorum alia mi-  
nūs , alia magis debilitarent ,  
alia prorsus impedirent actio-  
nem , pro diuersa prædictorum  
corporum densitate , vel rari-  
tate , alijsque prædicatis .

303 Secundò peccant ad-  
uersarij in supradicto argu-  
mento , quia in ipso assumpto  
probando deficiunt , atque ut  
illud à contrarijs rationibus  
tueantur , aiunt non posse  
nos habere de hac re certitu-

V dinem

dinem. Ex g. licet illuminatio per immensum illud spatium, quod est ab Oriente ad Occidentem, videatur fieri simul, atque adeo sine motu, respondent, dari motus quosdam adeo veloces, ut nos per sensum non possimus dignoscere successionem in spatio quantumuis immenso: Item licet Cælum agat in visceribus terræ, & per montes crassissimos, ac durissimos, dicunt, ubique esse aliquos poros per quos si at occulte motus localis corpusculorum. At si res ita se habet ut nunquam possit haberi discerniculum mutationis instantaneæ à temporanea, & factæ per transitum localem ab ea quæ fiat per qualitatem in medio receptā, malè

De Saeramen. Cap. XXII. 459  
malè vtuntur hoc argumento  
ad probandam sententiam  
suam, quippe quod argumen-  
tum adeò cōtrà eos retorque-  
tur, vt cogantur recurrere ad  
tempus imperceptibile, & ad  
meatus imperceptibiles, ne  
hoc ipso argumento conuin-  
cantur.

304 De reliquo illuminati-  
onem fieri sine motu, Ari-  
stoteles commodè paucis ita  
suadet 2. de Anima c. 7. *Non*  
*rectè dixit Empedocles, & si quis*  
*itidem senserit, lumen ferri, atq.*  
*extendi tandem inter terram*  
*& continens. nosque id ipsum*  
*latere. Hoc enim & rationis*  
*metas egreditur; & est præter*  
*ea quæ apparent. In paruo nā-*  
*quespacio motus fortasse lateret,*  
*sed ab ortu solis ad occasum tan-*

V 2 ti cor-

ti corporis motum latere, magna  
nimium profectò postulatio est.  
Et verò malè per sēsus essemus  
instituti à natura ad scientiam  
comparandam, si motus tam  
ingens, tam continuus ita  
fieret, vt quantum ex nota-  
tione sensuum colligere quili-  
bet posset, eum esse motum  
inficiari deberemus. Nunquā  
porrò natura permisit vt sic  
per sensum deciperemur quin  
velex maiore propinquitate  
eiusdem sensus, vel ex alio sen-  
su certiore intellectus cauere  
posset errorem.

305 Idem contingit in  
alijs alterationibus, quas ipsi  
medici nobiliores, atque in-  
primis Galenus, quamuis mi-  
nimè metaphysicus, & o-  
mnia in ratiocinando sensibus  
tri-

De Sacramen. Cap. XXII. 46<sup>ii</sup>  
tribuens, fassus est fieri non  
per diffusionem corporis, sed  
per productionem qualitatis.  
Nam lib. 5, de sem. cap. 16. sic  
ait, *si quis medicum, aut cyre-*  
*naicum semē modicum exhibeat,*  
*tum per urinam, tum per sudor-*  
*em aliquantulum ea qualitas*  
*apparet; quemadmodum etiam*  
*opinor; si quis rutam, aut alliū,*  
*aut consimile quippiam offerat.*  
Fortes enim facultates in suam  
naturam totum corpus alterant.  
Inxta eamdem denique rationē  
minutissimus liquor ex his quae  
venenosa appellantur, animalis  
corpori illapsus totum animalis  
corpus breuissimo tempore trans-  
mutat, ac suæ naturæ simile red-  
dit; *Quin, ut sanetur per auxi-*  
*liaria medicamenta alexiphar-*  
*maca à Grecis appellata, cōtingit;*

V 3 946

quæ similiter totum corpus alterant alteratione venenosis contraria: non substantia ipsorum in totum animalis corpus penetrante; neque enim possibile est, modicum adeò liquorem breuissimo tempore corporis molem aliquando maximam explere; sed qualitatis distributione. Qualis distributio etiam forinsecus videatur ex splendore folis in ambientem aerem contingere; intrā nos autem ex corde in arterias, ex cerebro in nero. Hæc Galenus. Et quamvis experientiæ excibis, venenis, & pharmacis desumptæ videantur ut cumque declinari exemplo thuris quod mole minimum, si comburatur, integrum autem completum per corporalem diffusionem; tamen aduer-

De Sacramen. Cap. XXII. 463  
aduertendum est primò id fieri per nouam generationem, in qua sàpè contingit ut præcedens materia accipiat dimensiones locales valdè maiores, vel minores. Secundò id ipsum quod experimur in thure non totum sit per corporalem diffusionem, sed per qualitates totum aerem insufficientes. De reliquo quis intellegat in minutissimo spatio nostræ pupillæ ita congregari species maris, terræ, atque integræ Emispherij, & singularum particularum cuiuslibet ex his obiectis, quin hæ species sint accidentia penetrabilia in eodem subiecto, & non corpora, quæ singula sibi vindicent diuersum locum? Et idem dico de imaginibus illis

illis pœnè infinitis, quæ asseruantur in facultate memoria.

ratiua.

306 Sed quemadmodum omnis error insignium philosophorum continere solet aliquid veri, ita contingit in re præsenti. Verū quippè aliquatenus est omnem ferè alterationem fieri cum motu locali. Primò quia ferè semper fit cū aliqua condensatione, vel rarefactione, in qua interuenit motus localis, nec non cum additamento leuitatis, vel gravitatis, ex quibus oritur motus localis; Et ideo Aristoteles retinens antiquas notiones nominum desumptas ab effectibus manifestissimis, explicat primas qualitates, nec non albedinem, nigredinem, & alias

*De Sacramen. Cap. XXII. 465*  
alias multas in ordine ad mo-  
tum localem: ut earū qualita-  
tum Aristotelicas descriptio-  
nes recolenti patebit. Nec est  
improbabile omnem alteratio-  
nem esse in ordine ad locum,  
& figuram; & sic mutationē  
secundūm locū esse principiū,  
& terminum omnis mutatio-  
nis corporeæ, quod sāpē Ari-  
stoteles indicat. Nā & natura  
corporis ut sic, desumitur pri-  
mō in ordine ad locum; & pro  
varietate specifica corporum  
assignatus est à natura diuer-  
sus locus.


307 Secundò corpora ma-  
ximè alterantia, veluti ignis,  
sunt illa quæ immittunt innu-  
meras particulas intimè per-  
uadētes totū passum; sic enim  
fit perfectior approximatio ad  
alte-

alterationem prærequisita. Sed  
putare alterationē in hoc ipso  
formaliter consistere, est simi-  
lis error, ac si quis existimaret,  
quia ad expugnationem Vrbis  
necessarius est ingressus mili-  
tum intrā mænia, in hoc ipso  
sitam esse expugnationem, &  
non potius in eo quod milites,  
ingressi mœnia, operantur.  
Quin etiam non omnes altera-  
tiones prærequiruut hanc im-  
missionem corpusculorum, ut  
constat non solū in illumina-  
tione & in immissione specie-  
rum intentionalium, sed etiā  
quantum ex sensibus discerne-  
re licet, in actionibus magneti-  
cis ut potè quæ diutissimè du-  
rant sine vlla imminutione  
corporis agentis.

*F I N I S.*

ed  
so  
ni-  
et,  
pis  
li-  
so  
&  
es,  
r.  
ra  
n-  
vt  
ua  
e-  
iā  
ia  
ti-  
ll-





# INDEX

RERVM NOTABILIVM.

Numerus indicat Conclu-  
sionem.

## A

**A** Cidentia quæ remanent in  
Eucharistia non sunt pure  
intentionalia. num. 268.

Actiones exteriores cur explicantur in Confessione. 111.

Additio non necessaria verborum  
non semper vitia Sacramen-  
tum. 84.

a Al.

• multida Index

- mentis quatenus liceat. 85.  
Ceremonia definitur. 5.  
Cognitio nō est indifferens ad su-  
obiecta. 23.  
Cōditionata forma in sacramētis.  
quatenus, & cur liceat. 117.  
Conditiones validē apposita sa-  
cramentis quales sint. 119.  
Præteritæ, & præsentes non  
semper validē apponūtur. 120  
Regula vniuersalis pro talibus  
conditionibus. 123.  
Cōfirmatio quomodo possit à sim-  
plici Sacerdote administrari.  
71.  
Conuersio per quid constituatur.  
254. terminus ad quem non  
debet succedere in omne mu-  
nus termini à quo 257.  
Corruptio verborum quatenus li-  
ceat. 82.

De-

Rerum Notabilium.

D

**D** Eſtio panis quomodo calligatur ex verbis Christi.

239.

E

**E** Ns per accidens in quos sensu non recipiat definitio nem. 55.

Eucharistie excellentia super alia Sacra mentia. 12.

F

**F** Oelicitas cur nō possit identificari cum creatura felici.

173. Fælicitas propria non debuit posse communicari rebus cognoscitiis materialibus.

183. Fælicitas supernaturalis

a 3 de-

## Index

*debuit posse communicari en-  
tibus intellectualibus.* 184.

*Forma substantialis datur de-  
novo.* 291. *in quo sensu non  
fiat ex nihilo.* 277.

## G

**G** *Ratia quandonam conse-  
ratur in Sacramētis.* 219.  
*Non confertur in tempore in-  
determinato.* 220. *Non incipit  
extrinsecē.* 230. *Incipit in in-  
stanti intrinseco Sacramenti.*  
233. *Non expectat morulam  
post enunciatam propositionē.*  
236.

*Græcorum ordinatio est valida.*  
74.

In-

Rerum Notabilium.

I

**I**n determinatum non datur à parte rei, sed dicit talem modum tēdendi cognitionis. 220. Innouatio vocum quatenus permittatur. 1.

Institutio lingue non includitur, sed præsens opinio de significatione vocum. 51.

Institutio generalis externa quomodo includatur in Sacramētis. 40.

Intentio ministri, vel relatio ad illam includitur in Sacramen-  
tis. 45. Etiam si sit peccamino-  
sa, sed non est propria locutio  
Dei. 48. Intentio ministri qua-  
lis esse debeat. 47. Cur Deus  
illam requisiuerit in Sacra-  
mentis. 94. Intentio Dei de-  
a 4 danda

Index

dando effectu Sacramenti non  
includitur. 45.

Intellectus, & voluntas conna-  
turalius eleuantur per quali-  
tatem intrinsecam. 190. pos-  
sunt tamen eleuari de poten-  
tia absoluta per decretum ex-  
trinsecum. 191.

Intrinsecè, & extrinsecè impor-  
tari, quid sit. 27. Regula ad  
hęc duo discernenda. 28. &c.  
Assignantur ea quae includun-  
tur intrinsecè in Sacramentis.  
35. &c.

Iteratio Sacramentorum quate-  
nus liceat. 96.

Iudæi in quonam fuerint potio-  
ris conditionis quād cætera  
gentes. 164.

Ma-

## Rerum Notabilium.

### M

**M**ateria, & forma assignatur a Concilio non in rigore philosophico. 47. Materia, & Forma Sacramentorum non possunt mutari ab Ecclesia. 65. In aliquo tamen sensu possunt mutari. 70.

Materia panis eadem numero reproducitur recedente Corpori Christi. 259.

Martyrium si confert gratiam prout completum, confert ex opere operato. 145. Non est tandem Sacramentum. 13.

Matrimonium quomodo continet ceremonias, etiam si clandestinum. 7. Eius materia, & forma quanam sit. 60. Quid dicendum in casu, in quo sumul

a s t c m

## Index

*tempore ambo consentiunt. 65*

*Eius impedimenta dirimentia  
à sola Ecclesia constituuntur.*

72.

*Mensura communis quibus re-  
bus propriè conueniat. 133.*

*Meritum quomodo augeatur  
sine noua libertate. 109.*

*Miracula patrata per virgam*

*Moysis prouenerunt intrinsecè  
ex ipsa virga. 200. Non solent  
fieri à Deo quin manifestentur  
hominibus. 247.*

*Motus in corpore humano quo-  
modo imperentur. 103.*

*Mutatio substantialis in Sacra-  
mentis quomodo intelligenda.*

76. *Mutatio in verbis quate-  
nus liceat. 78.*

109  
133  
109  
200  
247  
103  
76  
78

Obli.

Rerum Notabilium.

O

**O**bligatio radicalis uon po-  
nitur sine voluntate se-  
obligandi. 89. Obligari Deum  
per ius aliquid increatum ab-  
surdius est, quam per ius crea-  
tum. 44.

Obliquum non concipitur sine  
recto. 36.

Opus operatum, & opus operan-  
tis, quid significant. 145.

Opera artis quid requirant in  
addiscendo, & quid in exe-  
quendo. 105.

Ordinatio Græcorum est valida.

74.

26. Pa-

## Index

Promissio Dei externa non obligat Deum moraliter. 42.

Procurator quomodo obliget mandantem. 98. quomodo in hoc evitetur circulus vitiosus. 99.

## Q

**Q**ualitas physicè influens in gratiam non datur. 205.

## R

**R**ectum, & obliquum in nominibus unde proueniant. 17.

Reduplicatio non substituit purè apprehensioni. 25.

Relatio iuuat ad scientiam. 17.

Replicatio Corporis Christi est æquivalenter noua productio. 253.

## Sæ.

Rerum Notabilium .

S

**S**acerdos quomodo impediri possit quin absoluat, non autem quin consecret valide. 67.

Sacramentum quid significet. 2.

Eius definitio, prout à Theologis accipitur. 4. Non includit Ensrationis. 55.

Sacramenta noua conferunt gratiam ex opere operato. 146.

Vetera ex opere operantis.

ibid. Hęc sunt egena, & vacua. 147. non sunt cause morales gratiae. 111. Nec mere

Conditiones. 152. Sacramenta noua non sunt cause gratiae per efficientiam physicam proprię dictam. 205. Nec sunt

cause morales gratiae. 212. Sunt tamen cause physicae, sed non in-

## Index

- influentes. 215. *Sacramentum Pœnitentie non perficitur per solam vocem Absoluo.* 237. *Sacrificium Missæ nō est Sacramentum.* 9. *Sensus quomodo non possint falli.* 271. *quomodo dicantur falli in Eucharistia* 273. *Sensationes sunt mediantibus speciebus.* 280. *Nō omnes sensationes sunt tactioes.* 289. *Somnia à qua potētia. fiant.* 284. *Substantia corporea spoliata a cidentibus naturaliter desinit.* 250. *Successiva habet essentialiter instans terminatum intrinsecum.* 233. *Sumptio Eucharistie non est Sacramentum, nec eius pars.* 10. *Symbolum non est de Essentia Sacramenti.* 14. *Conueniens tamen*

Rerum Notabilium.  
men hoc fuit in Sacramentis.

15.

Sympathia inter potentias mate-  
riales, & spirituales datur in  
homine. 108.

T

**T**estamentum vetus in quo  
differat à Nouo. 166.

V

**V**erba quando nam adhi-  
beantur, ut coeremonie. 6;  
Voices articulatae cur habeat ra-  
tionem formæ in Sacramentis.  
58.

Voluntas quomodo imperet mo-  
tus de quibus nescimus redde-  
re rationem. 23.

Volitio non est indifferens ad suū  
obie-

## Index

obieclum. 24. Volitia Dei nullo modo includitur in Sacramentis. 39. Volitiones mutuò se supponentes sunt inefficaces.

63. Voluntas virtualis sufficit in Sacramentis. 102. In qua consistat. 103.

Volitionum contrariarum quemnam praeualeat. 126. In ordine ad effectus physicos praeualeat executiva. 127. In ordine ad effectus morales quemnam praeualeat. 129.

Votum quando nā teneat, etiam se precesserit voluntas irritans illud. 141.


















Florilegium  
de Flavio:  
Ac

Th  
443